DE

NONII MARCELLI

AVCTORIBVS GRAMMATICIS.

SCRIPSIT

PAVLVS SCHMIDT
DR. PHIL.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

VIRIS CLARISSIMIS

MARTINO HERTZIO

ET

FRANCISCO BVECHELERO

PRAECEPTORIBVS DILECTISSIMIS

EGREGIE DE SE MERITIS

HASCE STVDIORVM PRIMITIAS

PRO

SVMMAE PIETATIS ET VENERATIONIS DOCVMENTO

ESSE VOLVIT

AVCTOR.

PRAEFATIO.

Anno praeterlapso cum ordo philosophorum Vratislauiensium amplissimus iterum hanc proposuisset quaestionem ut operis Noniani cum fontes indagarentur tum compositio, consilium, indoles explicaretur in certamen litterarium descendere periclitato mihi contigit ut duplici ornarer praemio. libellum uero misi Teubnero librorum illi redemptori Lipsiensi uirorum prudentissimorum M. Hertzii et Fr. Buecheleri secutus consilium. haec autem narraui ne nescias quomodo factum sit ut admodum adolescens libellum hunc emittere auderem. ac profecto timide commentationem publici iuris feci infra scriptam in qua confiteor me non fugisse quam saepe ut difficiliores absoluerem quaestiones fidemue darem dubiis mihi non contigerit. satis tamen habebo si eis uiris doctis qui in futurum tempus in eadem re operam collocaturi sunt partem laboris minuero quamuis paruam. — Iam pauca residua sunt quae praemoneam. cum enim nuper legerem Kettneri commentationem (Kritische Bemerkungen zu Varro und lateinischen Glossaren. Halle 1868.) indici pensorum scholae Rosslebensis praemissam in qua uir ille doctus de Noniani operis compositione quaestionem breuiter attigit, ualde gauisus sum cum uiderem non abesse quae et ipse inueneram. quod enim e. g. ille p. 16 dixit excidisse apud Non. p. 35, 16 M. uerba *Lucilius lib. XXX*, ibid. p. 103, 30 s. u. *eleuit* scribendum esse *Lucilius lib. XXVI*, ego quoque (uide infra p. 4 et

p. 70 adn. 29) adnotaueram. profero autem haec ne qui Nonium compilatorum principem appellauerim ipse reus dicar compilationis. —

Ordinibus exemplorum minus certis asteriscum apposui.

Iam nihil restat nisi ut adscribam Propertianum illud quod cum de re proposita meditarer semper reminiscebar:

Quod si deficiant uires audacia certe
Laus erit: in magnis et uoluisse sat est.

Scripsi Vratislauiae pridie Cal. Sept. MDCCCLXVIII.

CONSPECTVS.

Quam instituturi sumus quaestionem de fontibus Nonii Marcelli, eam artissime esse conexam cum illa de compositione libri Noniani uix est quod moneamus. cum enim semel perspectum habebimus qua tandem ratione compendiosae doctrinae copias congesserit Nonius et quasi undique corraserit, multo facilius sine dubio intellecturos nos esse sperare licet, qualis fontium ratio fuerit. neque immemores huius rei fuisse uidemus eos uiros doctos, qui adhuc rei propositae operam nauarunt. Martinus enim Hertzius qui commentationem splendidissimam scripsit de A. Gellio et Nonio Marcello[1]) A. Gellium saepissime a Nonio ad partes esse uocatum cum uariis modis tum hac potissimum ratione nobis persuasit, ut longos ordines lemmatum extare apud Nonium demonstraret, quos e Gellii noctibus Atticis manasse nemo uidere nequit, qui ad singularem et rerum et uerborum inter utrumque scriptorem concentum animum aduerterit, qui denique Nonium easdem res eodem atque Gellium ordine ita proferre respexerit, ut non solum librorum sed etiam capitum, quin etiam paragraphorum ipsarum ordo mirum in modum retineatur. hanc igitur rationem in Gellianis libris excerpendis secutus esse Nonius putandus est, ut Gellii scripta ab initio inde usque ad finem peruolueret, quae memoria imprimis digna siue ad suum librum apta censeret, ea exscriberet. iam igitur cum semel compilationis uideas Nonium conuictum idque argumentis quibus firmiora inuenies nulla, aliorum quoque scrinia eadem ratione eum compilasse iure tuo suspicaberis. neque defuere qui quam leuiter ac temere alibi etiam rem gesserit Nonius arguerent. Riesius[2]) enim,

1) Cf. Fleckeiseni annal. phil. uol. 85 p. 705 sqq. 779 sqq.
2) Symbol. philol. Bonn. p. 483 sqq.

postquam Schneidewinus[3]) saepius longiores ordines lemmatum testimoniis eiusdem scriptoris instructorum apud Nonium inueniri obseruauit cumque Hertzius (l. l. p. 794 sq. adn.) sextum caput fere totum talibus ordinibus compositum esse docuisset, ordines in altera primi capitis parte extantes non solum per alterius quoque capitis singulas litteras dispositos esse enucleauit, sed etiam isdem fere locis occurrere. denique accessit nuperrimo tempore Schottmuellerus[4]), qui et ipse quaestionem de fontibus Nonianis absolui non posse agnouit, nisi antea qua ratione Marcellus librum suum conscripserit ad liquidum perductum esset. demonstrauit autem uir ille doctus totum fere primum caput ex eiusmodi ordinibus, quales supra diximus, constare atque ita quidem ut scriptorum testimonia eodem ordine sese excipiant, quo hodie etiam a nobis leguntur.

Quoniam igitur breuiter enarrauimus quae adhuc de re proposita disputata sunt, iam uertamus nos ad ipsam de fontibus quaestionem, quam quidem ita instituere in animo est, ut primum de compositione quae inuenimus, explicemus, deinde ordines ipsi unde fluxerint, quantum fieri potest, inquiramus, tertio denique loco num qui fontes lemmatum extra ordines positorum indagari possint uideamus. —

Quam sine iudicii praestantia operarii magis hominis instar quam litteris eruditi Nonius librum suum composuerit ex commentatione Hertzii satis luculenter apparet. cernitur enim ex ordinibus istis Gellianorum lemmatum quomodo conscribillauerit frustula illa ueteris doctrinae saepe quidem peruerse exscripta, nostris tamen litterarum studiis pretiosissima. neque enim ut decet uirum doctum, uia ac ratione rem propositam persecutus est, sed potius quoscunque libros ut acciperet ei contigit, eos oculis magis quam animo perlustrauit, quae forte conspicuo loco posita erant uel quae potissimum in rem suam quadrare ipse duxit, ea transcripsit in lexicon. quod quidem re uera ita fuisse cum ordines illi lemmatum Gellianorum testes sunt locupletissimi tum illae lemmatum series saepe perquam extensae, in quibus testimonia ex eodem scriptore desumpta prorsus eodem ordine

3) Gött. Gel. Anz. 1843 p. 697 sqq.

4) Symbol. philol. Bonn. p. 809 sqq.

proferuntur quo apud ipsum scriptorem sunt. namque perlustrantibus nobis omnes ordines quicunque per librum Nonianum extant, perraro occurrunt testimonia loco ab iusto ordine alieno posita. cuius rei ut pauca adferam exempla, extat inde a pagina 541, 28 M. breuis ordo exemplorum Plautinorum hic[5]:

limbus Plaut. Aulul. III, 5, 45.
flammeus Plaut. Aulul. III, 5, 36.

mirari hic licet, quod uersus (III, 5, 36) apud Plautum priore loco positus posteriorem uersum sequitur in ordine. quod quidem quamquam casu factum esse facile potest, nescio tamen an causa cur hoc loco testimonia contra legem solitam sequantur, ab ipsa textus, quem dicunt, forma eius Plautinarum fabularum editionis repetenda sit, qua siue ipse Nonius siue eius auctor usus uidetur. ad quam suspicionem eo magis trahor quod capite XVI idem uersus Plautinus (III, 5, 36) post uersum 47 adfertur in breui illo ordine p. 549, 25:

crocota Plaut. Aulul. III, 5, 47.
uiolacia Plaut. Aulul. III, 5, 36.

Ut in Plautinis ordinibus paulisper immoremur, incipit p. 539, 11 *regilla* series lemmatum quae exemplis ex Epidico Plautina depromptis illustrantur. unus uersus (II, 2, 48) s. u. *rica* eo loco adfertur quo nondum expectatur, sequitur enim s. u. *caesiciam* uersus II, 2, 46. neque adeo mirum hoc uidebitur, si propinquam illorum uersuum uicinitatem (39. 46. 47. 48. 49) satis respexeris. textus autem formam eius libri, ex quo series illa Plautinorum exemplorum fluxisse uidetur, causam fuisse ordinis peruersi propterea negabimus, quod in eadem serie paullo infra (s. u. *supparum*) idem uersus solito more ordini inseritur. similiter res sese habet in ordine Plautino p. 548, 7 sqq. ubi Plaut. Epid. II, 2, 49 (s. u. *cumatilis*) ante uersum II, 2, 40 (s. u. *impluuiatus*) adfertur; idem uersus 49 s. u. *caerinum* apte sequitur uersum 47 (s. u. *caltulam*). similibus modis pauca illa testimonia in ceteris ordinibus loco alieno posita explicanda erunt, quamquam aliis locis frustra quaesiueris quomodo factum sit ut ordo uiolaretur uelut in ordine exemplorum Ciceronianorum p. 118:

5) re uera hunc esse ordinem ex eis patebit, quae infra de compositione singulorum capitum mihi explicanda erunt.

generosum Tull. de off. III, §. 86.
gratiosum Tull. de off. III, §. 58.
gratificare Tull. Hortensio.

aliis denique locis iustus ordo facile coniectura restitui potest. neque enim equidem dubito quin recte coniecerit Schottmuellerus (l. l. p. 830) in Lucilianorum exemplorum ordine p. 20, 34 sqq. *tricones* Lucilii librum XV s. u. *sagae* librum XVII adlatum fuisse a Nonio (non librum XI et VII, ut est in manuscriptis). neque minus uideatur ueri simile in extremo ordinis Lucilianorum exemplorum (p. 87, 33 sqq.) lemmate *cordi est* pro *Lucil. Sat. lib. XVI* scribendum esse *Lucil. Sat. lib. XXVI.*, p. 103, 29 non *Lucil. Sat. lib. VI* uerum potius *lib. XXVI* esse legendum. recte denique existimo Riesium (in libro philologis Heidelbergam conventuris destinato editoque Lipsiae anno 1865) p. 58 coniecisse in ordine Sisennianorum exemplorum p. 161, 27 *praefestinatim* pro *Sisenna historiarum lib. IIII* scribendum esse *lib. III.*[6]) pauca quidem sunt exempla ab iusto ordine absona neque timendum est ea ne quid faciant contra obseruationem nostram per omnes ordines, qui num iusto more procedant numeris persequi hodie etiam licet, comprobatam, nisi hoc forte suspicionem mouere possit, quod in Vergilianorum exemplorum ordinibus saepius inueniuntur testimonia alieno loco posita. sed expeditur fortasse haec difficultas eo, quod credibile uidetur Nonium Vergilii uersus haud raro uel ipsum inuenisse apud poetam uel memoria eos tenentem adiecisse, nam tum temporis pueros iam edidicisse Vergilii carmina notum est. hoc quoque haud parui momenti uidetur fuisse, quod quemcunque sui temporis librum grammaticum inspexit, Vergiliana imprimis exempla tanquam

6) leues illae mutationes quamquam per sese recte factae facile uideantur, eo magis sese sustinebunt quo saepius eius modi errores librarios Noniani operis commisisse uidebis. p. 14, 5 codices exhibent *Lucret. lib. V*, legimus autem uersum adlatum *lib. VI*, 741; p. 472, 10 qui adscribitur Vergilii uersus non *libro X* uerum potius *libro XI*, 660 inuenitur. ut denique ipso Luciliano exemplo utar, p. 201, 9 Noniana manuscripta praebent *Lucil. Sat. lib. V*, quamuis Priscianus, cui sine dubio maiorem fidem tribuimus, eundem uersum e *libro VI* attulerit (cf. Prisc. p. 203 Hertz). eiusmodi autem mendorum exempla permulta adferri facile possunt.

locupletissima adlata usquequaque inuenire facile potuit. quare si uersus hinc uel illinc adsciti iustum ordinem interrumpunt, non est quod ualde miremur. in universum igitur negari nequit Nonium testimonia eo plerumque ordine proferre, quo apud ipsos scriptores inueniuntur. quod quidem quamquam numeris appictis demonstrare in omnibus ordinibus nequimus, licet tamen suspicari eandem exempla quaerendi rationem in eis quoque libris citandis Marcellum adhibuisse, qui temporum inuidia ad nostram memoriam non peruenerunt. quam quidem suspicionem ea potissimum re confirmari arbitror, quod ubicunque extant ordines saturarum Varronianarum siue Attii, Pomponii, Afranii fabularum, eiusdem siue saturae siue fabulae testimonia semper uideo iuxta collocata et uno loco quasi consociata, uelut in hoc ordine Varronianarum saturarum:

p. 45, 32	inferum	*Varro Marcip.*
46	Syrus	*Varro Marcip.*
	euirare	*Varro Marcip.*
	ludibria	Verg. lib. VI.
	febris	*Varro Andab.*
	uulpinari	*Varro Myst.*
	sufflatum	*Varro Agath.*
47	exporrectum	*Varro Endym.*
	iugatum.	Cic. Tusc. l. III.
	prodius	*Varro Virg. diu.*
	granaria	*Varro Gerontod.*
	torculum	*Varro Gerontod.*
	cingillum	*Varro Gerontod.*
	Tutilina	*Varro Herc. tuam fid.*
	Tutanus	*Varro Herc· tuam fid.*
48	silicernium	Terentius.
		Varro Meleagr.
	suffundatum	*Varro ταφ. Μεν.*
	edones et fagones	*Varro ταφ. Μεν.*
	elixum	*Varro ταφ. Μεν*
	paracos	*Varro Sesquiul.*
49	trossuli	*Varro Sesquiul.*
	proboscis	*Varro Sexagesi.*
	cetari	Vergilius.
		Varro γνῶθι σεαυτόν.

p. 94	tonimus	*Varro Eumenid.*
	tibinos	*Varro Eumenid.*
	dierecti	*Varro Eumenid.*
	praesepia	Vergilius Aen. lib. I.
		Varro ὄνος λύρας.

Idem uero cadit sine dubio in ordines eos, qui testimoniis depromptis e prosae orationis scriptoribus efficiuntur, ut ubicunque ex eodem libro adferuntur exempla, ea eodem ordine sese excipiant, quo apud ipsum scriptorem fuerunt. neque enim dubito quin e. g. in brevi illa serie (p. 141, 22 *maceriae* — *multifariam*) exemplorum Sisennianorum eodem ordine sese excipiant testimonia, quo in Sisennae libro historiarum tertio legebantur. —

Iam si ad exempla quibus ordo efficitur, ipsa accedimus, paucis exceptis uidemus ea in lemmatis primo loco posita.[7]) ubi uero aliena exempla primo loco inueniuntur, uidendum est ne totum lemma propterea ab ordine absonum iudicemus. exempli enim gratia in primo Plautinarum fabularum ordine p. 6 *exercitum* Sallustianum exemplum in principio lemmatis legitur; neque tamen ipsum lemma ab ordine alienum. sequitur enim Plautinum testimonium (Bacch. I, 1, 4) optime Plautinorum exemplorum ordini insertum. similiter paullo post primarium exemplum altero demum loco positum est; nam quamuis p. 9, 5 *examussim* in principio lemmatis ex Amphitruone Plautina testimonium repetatur, pro primario tamen exemplo alterum e Milite glorioso habendum esse concedes, si Nonium libro usum esse aliquo satis respexeris, in quo fabulae Plautinae ita ex litterarum ordine dispositae erant, ut Epidicus (quae fabula in lemmate antecedenti adfertur) exciperetur a Milite glorioso interiectis Mostellaria ac Menaechmis. neque aliter res sese habebit p. 10, 4 *bardum* ubi primarium exemplum e Persa Plautina petitum post Homericum testimonium legitur, et p. 10, 31 *lurcones* ubi primarium exemplum tertio demum loco inuenies. de aliis quidem dubitare licet ut p. 11, 29 *passum*, ubi qui lemmate priore (*finitores*) Plaut. Poen. prol. 48. 49, insequenti autem Plaut. Poen. I, 2, 99 adferri animaduerterit, primo oculorum obtutu

7) qua re liceat nobis ea appellare *exempla primaria*, quae Schottmuellerus l. l. *Stammcitate* nominari uoluit

facile adducetur ut amplectatur sententiam Schottmuelleri, qui exemplum e Poenulo petitum primarium esse statuit putauitque Nonium postea demum quam illud iam e commentario exscripserat, prius testimonium e Sticho desumptum addidisse. qua in re nescio an uirum doctum opinio fefellerit. neque enim uideo cur uersum illum e Sticho adscitum pro primario exemplo habendum esse negemus, praesertim cum Stichus ordini fabularum alphabetico — ut breuius quam latinius dicam — optime inserta sit:

finitores	Plaut. *Poenul.* prol. 48.
passum	Plaut. *Stich.* II, 2, 45.
	Plaut. Poenul.
	Lucil. Sat. lib. XIX.
expes	Attius Eurysace.
	Attius Medea.
exules	Vergil. georg. III.
uestispici	Plaut. *Trinummo* II. 1, 21.
	Afran. Vopisco.
	Varro Pappo.

quin si Nonius postea demum uersum e Sticho adlatum inuenisset et adiecisset, nullo pacto explicare possemus, qui factum sit ut ille quae postea inuenerat ante ea scriberet quae iam stilo mandauerat neque potius post ea, id quod multo magis respondet qua semper pollet neglegentiae inertiaeque. immo si omnino commentario usus est, ad Plaut. Stich. II, 2, 45 ea Nonium arbitror inuenisse adnotata, quae s. u. *passum* hodie legimus. transtulit autem explanationem in lexicon suum, ascripsit uersum ad quem ea facta erat, addidit denique exemplum quod in commentario erat adlatum. neque contra sententiam hanc facit quod uersu e Sticho Plautina desumpto non probetur *passum* uocabuli explicatio. cum enim uocabulum illud in exemplo quod equidem primarium esse statuo adhibeatur ad uela uentis inflata significanda, optime commentator aliqui adnotare poterat *passum proprie rugosum esse* et huius significationis testimonia ista e Poenulo Plautina et Lucilii saturis addere ubi de uua passa dictum est et *rugosi passique senes* nominantur. Stichum autem fabulam in libro quo utebatur Nonius, infuisse luculenter apparet e ceteris ordinibus cf. p. 210 sq. 532 sq.

Longum est omnia lemmata hic enumerare ubi primaria exempla altero demum uel tertio loco posita sunt. sat est enim scire Nonium non semper ea uerba in principio lemmatum posuisse, quorum explicationem aliquam in libris suis inuenerat atque exscripserat. num autem testimonia illa ante primaria exempla posita ex eodem fonte fluxerint atque haec ipsa ab hoc loco alienum est quaerere.

Venio nunc ad ea lemmata quae ordines re uera interrumpunt; dico autem ea quae nulla praebent exempla nisi ab ordine ipso aliena. ingeniose quidem de eis explicuit Schottmuellerus l. l. p. 826. demonstrauit enim magna cum uerisimilitudinis specie illas quoque λέξεις quas primo aspectu aliunde ordinibus intrusas esse credere quispiam possit, saepius ad eundem fontem reuocandas esse, ad quem ceteras ordini apto insertas. namque Nonium in hunc modum frequenter compilasse a Schottmuellero satis probabiliter docemur ut unam commentatoris adnotationem discerperet in duo lemmata, unde fiebat ut alterum lemma testimonio eius scriptoris cuius testimoniis ordo efficiebatur, careret. atque probatum est hoc quidem sine ulla dubitatione in lemmate *depexum.* in ordinibus Plautinis simile adest exemplum capite quinto p. 421. inchoatur ibi ordo inde a lemmate *cupido et amor*; quod autem sequitur *amare et diligere* alienum uidetur ab ordine quoniam exemplo Plautino caret. licet tamen hic eandem explicationem adhibere quam Schottmuellerus in primo capite. qui enim de *cupidinis et amoris* notionibus, is facile adducitur ut etiam amandi et diligendi significantiam explicet. quod quidem genus lemmatum ab ordinibus alienorum quamquam adesse negari nequit, plura tamen lemmata re uera aliunde ordinibus esse intrusa facile intellegitur. ualde enim dubito num tria illa lemmata (*paeliceos, illicere, mutus*) primi Plautinorum exemplorum ordinis propter aliquam siue etymologiae siue significationis cum antecedentibus titulis communionem suos locos obtineant, id quod Schottmuellero uisum est. Hertzius enim admodum probabiliter *paeliceos* lemma Gellio attribuendum esse demonstrauit (cf. l. l. p. 716). atque re uera quidem Gellio illo loco usum esse Nonium auctore si non alia, vel illud *sapientes putant* magnam mouet suspicionem. nec suspicio non augetur ea re quod apud Nonium ipsa fere Gellii uerba

redeunt: *παλλακίς de Graeco est flexum*[8]) (cf. Nonii uerba *a Graeco uocabulo significationem inflexam putant*), ne hoc maxime urgeam quod apud Nonium etymologiae illius a pelliciendi uoce ductae nec uola nec uestigium sit, immo prorsus alia *pellex* uocabuli origo a Graeca uoce repetatur. neque est cur Marcellum frustula quaedam aliunde postea repetita ordinibus inseruisse siue ut uerius dicam, ibi assuisse negemus ubi maxime per spatii opportunitatem licebat. quod quidem re uera saepe factum esse cum per sese admodum est credibile tum *torialim* lemma in ipso Plautinorum exemplorum ordine documento est. nam hoc quoque lemma postea demum a Nonio inuentum ibi affixum esse ubi spatium permitteret, facile spero te esse concessurum si ad ipsum quod adfert Nonius exemplum, te relegauero. est enim id repetitum e Varronis de uita populi Romani libro primo. atqui Schottmuellerus tam acute quam probabiliter ex ipsa locorum e Varronis de uita populi Romani libris desumptorum per totum lexicon discriptione ac digestione haec collegit[9]): 'vielleicht erklärt sich hieraus, weshalb die Citate aus Varro de uita p. R. so zerstreut sind; Nonius scheint sie an Stellen, wo sich grade Platz fand, nachgetragen und nur einen Theil am Schlusse selbst angefügt zu haben.' neque ullo modo timendum est ne quisquam huic coniecturae — mihi quidem ualde probatae — existat aduersarius. testes autem locupletissimi nobis accedunt ordines illi locorum ex aliis scriptoribus congestorum, quos Plautinis Nonius inseruit. p. 83, 7 incipiunt Plautina a lemmate *contente*; intermittuntur Varroniana usque ad *comedim* inde a quo lemmate continuatur ordo Plautinus. similiter res sese habet p. 171, 7 sqq. — Lemmata autem exemplis e Varronis de uita p. R. libris depromptis illustrata saepius in ordines intrusa sunt uelut p. 43 sq. *paupertas*, *pandere* p. 421 sqq. *osculum et suauium* et alia. ceterum cum distribueret Varroniana (e libris de uit. p. R., de re rust., Cato) non spatii tantum opportunitatem Nonium respexisse existimabimus sed etiam ipsam lemmatis naturam. neque enim casu factum esse putandum est ut *osculum et suauium* lemma ei potissimum capiti tribueretur

8) Cf. Gell. N. A. IV, 3, 3.
9) Cf. l. l. p. 832.

quo de differentiis uocabulorum agebatur; *bicipitem* lemma (p. 453 sqq.) capiti sexto (de impropriis) interpositum esse ne hoc quidem licet mirari. quod autem utrumque in Plautino ordine positum est, hoc nulla alia re explicandum uidetur quam quod ibi commodissime ea licebat ascribere. — Partem deinde lemmatum ab ordinibus alienorum suspicandum est ortam esse ex deprauatissima textus ipsius forma. ut enim iterum exemplo utar ex ordine Plautino desumpto, *illicere* lemma nescio an falso Schottmuellerus statuerit ordini ibi cummaxime insertum esse propter etymologiae sine potius significationis cum antecedenti *tenus* communionem. puto enim[10]) Plautinum exemplum illo loco excidisse praesertim cum legamus apud Plautum Bacch. V, 2, 3 (1151 R.): *si hos possumus intro illicere huc* quem uersum si apud Nonium restitueris, optime procedet ordo. sic enim exempla sese excipient:

tenus	*Plaut. Bacch. IV, 6, 22.*
illicere	[*Plaut. Bacch. V, 2, 31.*]
	Naeuius Lycurgo.
paeliceos	
caluitur	*Plaut. Casin. II, 2, 3.*
	Pacuuius Medo.
	Attius Eurysace.
	Lucilius Sat. lib. XVII.
	Pacuuius Duloreste.
	Sall. hist. III.

similiter de *mutus* existimandum uidetur. extat enim hoc uocabulum apud Plautum in Milite gl. III 1, 70 (164 R.): *opusne leni? 'leniorem dices quam mutumst mare'*. et ne hic quidem Plautino exemplo apud Nonium restituto ordo violatur:

examussim	Plaut. Amphitr.
	Plaut. Milite gl. III, 1, 37.
	idem Menaechm.
	Varro πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδ.
	idem quaest. Plaut.
	Plautus.

10) est autem haec quam profero sententia Buecheleri qui locum Plautinum colloquio domestico benigne mecum communicauit.

mutus [*Plaut. Mil. gl. III* 1, 70.]
Naeuius Lycurgo.
Attius Epinausim.
dispennero *Plaut. Mil. gl. V*, 1, 14.

Nonium autem uel potius eius auctorem etymologicam quandam uocabulorum *examussim* et *mutus* affinitatem non cogitasse inde potissimum credibile uidetur, quod apud Nonium communionis illius mentio facta est plane nulla. fac denique commentatorem memorem fuisse illius etymologiae satis mirae ex qua *amussim* significare uisum est grammaticis nonnullis *non tacite*[11]), nonne tum multo potius *mutus* lemma antecedere debebat?

Mota autem esse nonnunquam exempla primaria loco suo satis dilucide cernitur e titulo illo p. 74, 23: 'auerruncare, auertere. Lucilius lib. XXVI: *di minuerint [monerint] meliora, amentiam auerruncassint tuam!* . Pacuuius Medo: *possum ego istam capite cladem auerruncassere.* M. Tullius de finibus bonorum et malorum: *di maturent meliora atque amentiam auerruncassint meam!*' Quae Lucilii nomine adferuntur ea uerba re uera Pacuuii esse et Varro testis est[12]) et ipse Nonius qui eadem uerba p. 507, 26 Pacuuio attribuit: *Pacuuius Chryse: di monerint meliora.* uix denique eget commemoratione Paulum quoque in excerptis Festi p. 373 *uerruncent* eundem uersum Pacuuii nomine attulisse. uidetur igitur exemplum primarium excidisse; quae uero antea Pacuuii nomine adlata erant, ea nunc Lucilio tributa sunt.

Alia denique ratio qua lemmata ab ordinibus absona orta uidentur, haec erat ut eum exemplum aliquod postea inuentum lemmati ad quod pertinebat, Nonius assueret, simul aliud lemma ad quod ex eodem scriptore exempla collegerat, ascriberet. ita factum est ut saepe extrema lemmatum testimonia ex eodem scriptore desumpta sint e quo insequentis lemmatis. ut exemplis utar, inde a p. 175, 12 sqq. extat Lucilianorum ordo; interrumpitur is duobus lemmatis (*supplosionem* et *superbiloquentiae*):

11) Cf. Paul. p. 6: 'amussim regulariter, tractum a regula, ad quam aliquid exaequatur, quae amussis dicitur. quidam amussim esse dicunt non tacite, quod muttire interdum dicitur loqui.'

12) Cf. de l. l. VII §. 102 Müll.: *apud Pacuuium: dei monerint meliora atque amentiam auerruncassint.*

sucerdae	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
simitu	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
	Plaut. Amph.
	idem Mercat.
subsicivum	*Lucil. Sat. lib. XXVIII.*
	Cicero de orat. II.
supplosionem	Cicero de orat. III.
superbiloquentiae	Cicero Tuscul. IV.
sarcinator	*Lucil. Sat. lib. XXVIII.*

ueri simillimum est duo illa lemmata in eadem schedula scripta fuisse in qua testimonium extremum lemmatis *subsicivum* adnotatum erat, quod cum semel ascripsisset, ea quoque adnectere non dubitabat Nonius, quae cum illo testimonio Ciceroniano erant una scripta. — Eodem modo explicare facile possis quomodo factum sit ut *abundare* lemma ordini Tullianorum exemplorum interspersum illo potissimum loco poneretur. sic enim lemmata in ordine p. 41 sq. se excipiunt:

reserare:	Tullius de off. II, 55.
	Vergilius lib. VIII.
abundare:	*Vergilius georg. lib. IV.*

cuius generis omnia ascribere exempla cum longum sit, sufficiat ea hic adtulisse quae in Varronianarum saturarum extant ordinibus:

p 26, 16.	rapones	Varro Papiap. περὶ ἐγκωμίων.
	strabones	Varro Flaxtab. περὶ ἐπαρχιῶν.
		Lucilius Sat. lib. XXVII.
	exterminatum	*Lucilius Sat. lib. XXVIIII.*
		M. Tull de off. lib. III.
	exodium	Varro Hecatomb. περὶ θυσιῶν.
		idem Eos pote, περὶ ὡρῶν.
		idem ταφὴ Μενίππου.
p. 57 sq.	petauristae	Varro epist. ad Caes.
		Varro de uit. p. R. II.
	curiam	*Varro de uit. p. R. II.*
	legionum	*Varro de uit. p. R. III.*
p. 161.	patritum	Varro Manio.
		Cicero Tuscul. I.

	percaedere	*Cicero orat.*
	popinones	Varro Modio.
p. 478.	nutritur	Varro Testam. περὶ διαθήκης.
		M. Tull. de deorum nat.
		Afranius Vopisco.
		Lucilius Sat. lib. XXX.
	uolam	*Lucilius Sat. lib. XXX.*
	commanducatur	*Lucilius Sat. lib. IV.*

Iam de ordinum singulorum compositione postquam breuiter disseruimus, peruentum est ad ipsam capitum compositionem. qua in re primum caput quomodo compositum sit fusius cum iam explicuerit Schottmuellerus satis est breuiter enarrasse quaenam sint illius capitis partes et quo ordine sese excipiant. sunt autem hae:

inde a lemmate 4 usque ad l. 35: testimonia e Plauti fabulis duodeuiginti desumpta.

36—39: Lucretii exempla.

41—48 }
65—68 }: Attiana, quibus intermittuntur

49—64: Pomponiana.

69—79: Lucilii testimonia e libris III—XVII deprompta.

80—81: Pacuuianorum ordo exemplorum.

82—89: Ciceronis exempla e libris de republ. desumpta.

90—97: uerborum ordo uitia corporalia notantium.

98—108: saturae Varronianae quibus tituli duplices sunt.

109—112: Afraniana.

113—117: exempla e Ciceronis de off. libris adscita.

118—123: Vergiliana.

124—134: Terentiana.

135—143: exempla e Ciceronis in Verrem orationibus adlata.

144—171: Lucilii testimonia e libris XXX–XXVI collecta.

175—184: ordo uerborum.
185—187: ordo aduerbiorum.
189—200: exempla e Ciceronis quattuor scriptis (de off., Hort., de senect., de republ.) repetita.
201—214: testimonia Plauti e tribus fabulis conquisita.
216—242: saturae Varronianae quibus simplices tituli sunt.
246—270: Gelliana.
271—276: saturae Varronianae quibus simplices tituli sunt.
282—287: Sisennae testimonia.
295—302: Ciceronis testimonia ex oratore et libris de oratore petita.
305—309: Varroniana exempla e libris de re rust. et de uita p. R. adlata.
310—330: series uerborum ex litterarum ordine digestorum.
331—338: Ciceronis testimonia ex Academicis et Tusculanis deprompta.
339—344: series litterarum ordini adaptata continuatur.

Vides saepius duos ordines testimoniorum eiusdem scriptoris in hoc uno capite extare. explicatur autem haec res inde plerumque quod Nonius de eodem scriptore plures adhibebat libros, id quod ea potissimum re extra omnem ponitur dubitationem, quod idem ordines in ceteris quoque capitibus eodem modo iterari solent, de qua re ubi de Plautinorum, Varronianorum, Ciceronianorum ordinibus disputandum erit, copiosius disseremus.

Dubitare possis de Attianorum exemplorum ordinibus. postquam enim inde a lemmate 41 *(extorris)* usque ad 48 *(succussare)* Attiana cumulata sunt, ab *clepere* inde (65) denuo incipiunt testimonia Attiana. cum uero per cetera capita nusquam inueniantur duo ordines Attiani uno excepto capite XII, ubi ter nouantur, cumque ex ipso quo sese excipiunt fabulae ordine appareat utramque primi capitis seriem ex eodem libro fluxisse, alteram illam arbitror nil esse nisi prioris reliquam partem. neque minus credibile erit ordinem

illum exemplorum e Ciceronis oratore et de oratore libris (lemm. 294—301) desumptorum ab serie quae testimoniis e Ciceronis Academicis et disputationibus Tusculanis repetitis efficitur non esse seiungendum. intellectum est enim iam supra exempla e Varronis illis libris de re rustica et de uita populi Romani ibi plerumque esse ascripta ubi commodissime licebat per spatii opportunitatem. seriem autem illam uerborum ex litterarum ordine dispositorum non esse nisi tanquam praenuntiam alphabetici illius ordinis in extrema capitis parte positi facile agnosces. accedit autem quod in ceteris capitibus saepe testimonia e quattuor illis Ciceronis scriptis (orat., de orat., Academ., Tuscul.) uno ordine habemus consociata. sic in altero capite p. 122, 17 sq. inde ab *incuruiscere* usque ad *ingeneraretur* unus ordo efficitur testimoniis e Ciceronis de oratore libro III, Tusculanis disputationibus, Academicis denique haustis. p. 142 sq. ab *magniloquentia* usque ad *mulierositas* Ciceronis orator, de oratore libri, Tusculanorum liber IV uno ordine adferuntur. similiter autem in ordine illo exemplorum Ciceronianorum inde a p. 162, 9 *petulantiam — probatu difficile* aliaque.

Supra iam narrauimus Riesium satis acute obseruasse series exemplorum quae in altera primi capitis parte leguntur, eodem ordine in singulis capitis secundi litteris redire. dilatare autem licet hanc obseruationem ita ut omnes paene primi capitis series exemplorum in ceteris capitibus eodem ordine sese excipere dicamus paucis a solito more abhorrentibus. qua in re per se intellegitur ordines illos uerborum et aduerbiorum in altero tantum capite locum sibi uindicare potuisse, ordinem autem illum uerborum uitia corporalia notantium nusquam redire. neque ulla uerborum series litterarum ordini accommodata in ceteris capitibus reperitur si exceperis capita II, III, IV quae tota secundum litteras conscripta sunt. Atque ne hoc quidem eget commemoratione ceteros ordines non omnes in unoquoque capite inueniri sed potius hunc uel illum nonnusquam abesse ac rursus in capitibus posterioribus ordines extare quos in primo capite frustra quaesiueris. dico autem Sallustianorum ordines exemplorum (cf. alterius capitis litteras M et V, deinde capita VIII, XIII, XIV, XVIII) et testimonia e Ciceronis de finibus libris petita quae in plurimis alterius capitis litteris et in

capitibus VIII et XVII semper eundem locum obtinent post Varronis saturas uno titulo inscriptas. Sallustiana autem secuntur plerumque eas Varronis saturas quibus duplex est inscriptio.

Vbicunque uero exemplorum series extant, eodem plerumque ordine sese excipere solent, ita ut in alterius capitis litteris B, D, E, F, G, H, L, M, N, O, T, in tertii litteris A, D, F, P, S, T, in capite V, IX, XII, XIII, XV, XVI, XVII, XVIII ne unus quidem ordo inueniatur loco inexpectato. Quamquam autem saepius complures series deinceps positae sunt alieno loco, tamen ne tum quidem solitus ordo prorsus uiolatur, quoniam ipsae series quae paullo aut prius aut post leguntur quam expectamus, rursus inter sese solito more digestae sunt[13]). Exempla si quaeris, in capite altero lemmata 8—21 litterae A praeter morem uidentur posita quippe quae loco multo posteriore expectentur. Sed ipsa sese sic excipiunt ut alias ordines:

8—10: testimonia e Varronis saturis deprompta.
11—12: Gelliana.
13—14: Varronianarum saturarum testimonia.
15—17: Ciceronis testimonia e libris de finibus petita.
19: Sisennae testimonium.
20—21: exempla e Ciceronis oratore et de oratore libris desumpta.

in littera C capitis alterius exempla Plautina, Varroniana, Gelliana, iterum denique Varroniana quamquam extra ordinem posita uidentur, inter sese tamen seruant et ipsa solitam legem:

lemmata 30—32: Plautina.
33—40: Varroniana.
41—45: Gelliana.
91—92: Varroniana.

similiter autem in littera P de lemmatis 19—34 et 35—47, in littera S de lemmatis 24—30 indicabimus.

Maxime omnium sextum caput discedit ab solito more. neque tamen hic quidem desunt uestigia eiusdem ordinis

13) hoc ubi factum est in tabula adiecta numeris asteriscus appositus est, primum autem ordinem numeri crassis typis expressi indicant.

quem in ceteris capitibus obseruamus. sunt enim e. g. deinceps positi ordines hi:

lemmata 30—40 *(usu — grocire):* } Plautina.
44—51 *(stuprum — compressus):* }
86—88 *(cachinnare — adfari):* Attiana.
89—90 *(fastigia — numerum):* M. Tullii testimonia e libris de officiis petita.
91—97 *(feruor — insaniam):* Vergiliana.

post Ciceronis testimonia ex Verrinis deprompta (lemm. 78 et 79) bene posita sunt Luciliana (81. 82.) Varronianarum saturarum exempla (lemm. 1—4) apte excipiuntur Sisennianis testimoniis, quae et ipsa exemplis petitis e Ciceronis de oratore libris (lemm. 11—13) antecedunt. atque ne Gelliana quidem (lemm. 26. 27) contra morem post Varronis saturas (lemm. 15—24) posita sunt. —

Vides igitur perpaucas series prorsus ab iusto ordine recedere[14]), neque timendum est eae ne quid faciant contra obseruationem nostram. uidetur autem Nonius eos libros e quibus ordines exscripsit, semper eodem ordine inspexisse, id quod inde fortasse explicare possumus quod in bibliotheca aliqua copias suas congessit, in qua ne librorum ordo turbaretur singula uolumina semper eodem ordine reponere deberet.

His autem disputatis facile concedes hoc quoque fieri potuisse nonnunquam ut unum lemma quasi pro ordine a Nonio poneretur. uix enim dubitationi erit obnoxium quin singula lemmata litterae T in capite tertio indidem fluxerint unde ordines in ceteris capitibus. testimonia enim prorsus eodem ordine sese excipiunt quo series primi capitis:

lemma 3—4: Plauti testimonia.
5: Lucretii testimonium.
6: Attii testimonium.
7: Lucilii testimonium.
8: Pacuuii testimonium.
9: Varronis satura adfertur cui duplex titulus est.
11: Sallustii testimonium.

14) in tabula adiecta series illae numeris inclinatis notantur.

15: Varronis satura adfertur cui simplex titulus est.

16—17: Varronis testimonia e Bimarco et Modio saturis petita singularia.

similiter res sese habet in capite XVIII ubi pro ordinibus Plautinis, Lucilianis, Varronianis singula lemmata posita sunt.

Haec habui quae de compositione Noniani operis praemitterem. quae uero adhuc uerbis exposui ea spero facilius intellectum iri inspecta quam adieci tabula, in qua quidem numeri indicant lemmata capitum; quid sibi uelint numeri asterisco notati adnotatione 13, quid numeri inclinatis typis expressi adn. 14 explicui. omisi denique in tabula capitis III litteras B, E, G, H, I, M, N, Q, R, V et caput IV quoniam in eis non extant ordines.

Iam uero peruenimus ad ipsas exemplorum series quas eodem ordine tractare nunc in animo est, quo in primo capite sese excipiunt. quare primum quidem uertamus nos ad

PLAVTINORVM EXEMPLORVM ORDINES.

sunt autem per totum opus Nonianum hi:

Caput I.

p. 3, 26 sqq.

lemma 4. hostimentum *Plaut. Asin. I, 3, 20.*
idem in eadem.

5. tolutim *Plaut. Asin. III, 3, 116.*
Nouius Gallinaria.
idem Macco exule.
Lucilius Sat. l. VIII.
idem.
Varro Τριοδίτης τριπύλιος, περὶ ἀρετῆς κτήσεως.
Pomponius Decuma fullonis.
Varro Agathone.

6. capulum *Plaut. Asin. V, 2, 42.*
idem Mil. gl.
Nouius Pappo praeterito.
Lucilius Sat. lib. II.
Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου.

7. temulenta	*Plaut. Aulul. II, 6, 6.*
	idem Truculento.
	M. Tull. de rep. lib. IV.
	Varro Est mod. matulae, περὶ μέθης.
	idem Modio.
8. cinaedi	*Plaut. Aulul. III, 2, 8.*
	idem Mil. gl.
	idem Sticho.
	Lucilius Sat. lib. I.
	Varro ὄνος λύρας.
9. exercitum	Sallustius Iugurth. bello.
	Plaut. Bacch. I, 1, 4 (Ritschl).
	Lucretius II.
	Afranius Suspecta.
	Vergilius lib. III.
10. tenus	*Plaut. Bacch. IV, 6, 22.*
11. illicere	*[Plaut. Bacch. V, 2, 31].*
	Naeuius Lycurgo.
12. paeliceos.	
13. caluitur	*Plaut. Casina II, 2, 3.*
	Pacuuius Medo.
	Attius Eurysace.
	Lucilius Sat. lib. XVII.
	Pacuuius Duloreste.
	Sallust. hist. lib. III.
14. frigere	*Plaut. Casina II, 2, 49.*
	Varro Virgula diuina.
	idem ὄνος λύρας.
15. defloccare	*Plaut. Casina.*
16. depexum	Terentius Heautontim.
17. sartores	*Plaut. Captiuis III, 5, 3.*
	idem sqq.
	Varro Vinalibus περὶ ἀφροδ.
18. nautea	*Plaut. Curcul. I, 2, 5.*
	idem Asin.
19. tricae	*Plaut. Curcul. V, 2, 15.*
	idem Epidico.
	Turpilius Demiurgo.
	Afranius Epistula.

	Varro Gerontodidascalo.
	Plautus.
lemma 20. caperrare	*Plaut. Epidico V, 1, 3.*
	Varro Eumenid.
21. examussim	Plaut. Amphitr.
	idem Milite gl. III, 1, 37.
	idem Menaechmis.
	Varro πατρὸς τὸ παιδίον.
	idem quaest. Plaut. lib. II.
22. mutus	*[Plaut. Mil. Gl. III, 1, 70.]*
	Naeuius Lycurgo.
	Attius Epinausim.
23. dispennere	*Plaut. Mil. gl. V, 1, 14.*
24. focula	*Plaut. Persa I, 3, 24.*
25. bardum	Hom. Il. XXII.
	Plaut. Persa II, 1, 2.
26. ilex	*Plaut. Persa III, 3, 4.*
	Lucilius Sat. lib. II.
	Varro Sciomachia περὶ τύφου.
	Lucilius lib. XXX.
	Caecilius Harpazomene.
	Sisenna lib. IV.
	M. Tull. p. Cluentio.
27. lurcones	Lucilius Sat. lib. II.
	Pomponius Syris.
	Plaut. Persa III, 3, 16.
	Lucilius Sat. lib. V.
	Varro Eumenid.
28. torialim	Varro de uit. p. R. lib. I.
29. concenturiare	*Plaut. Pseud. I, 5, 159.*
	Terentius Phormione.
30. finitores	*Plaut. Poenulo prol. 48.*
31. passum	*Plaut. Stich. II, 2, 45.*
	Plaut. Poenulo.
	Lucilius Sat. lib. XIX.
32. exspes	Attius Eurysace.
	idem Medea.
33. exules	Vergilius georg. lib. III.
34. uestispici	*Plaut. Trinummo II, 1, 21.*
	Afranius Vopisco.

	Varro Pappo.
lemma 35. suppilare	*Plaut. Trucul. II, 7, 15.*
	Caecilius Nauclero.
	Pomponius Sarcularia.

---

p. 43, 11.

lemma 201. uernas	*Plaut. Amph. I, 1, 25.*
	Lucilius.
	Plaut. Amph.
202. concinnare	*Plaut. Amph. I, 3, 31.*
	Plaut. Asinar.
	M. Tull. de fin. lib. IV.
	idem in Academ. lib. I.
203. paupertas	Varro de uit. p. R. lib. I.
204. pandere	Varro de uit. p. R. lib. I.
205. blatis et blateras	*Plaut. Amph. II, 1, 79.*
	idem in Aulul.
206. percontari	*Plaut. Amph. II, 2, 78.*
207. prodigia	*Plaut. Amph. II, 2, 107.*
208. cerriti	*Plaut. Amph.* [II, 2, 144?].
	idem Amph.
209. calcitrones	*Plaut. Asinar. II, 3, 11.*
	Varro Sesquiul.
210. uotitum	*Plaut. Asin. IV, 1, 41.*
211. uerberare	*Plaut. Aul. I, 1, 3.*
212. cassum	*Plaut. Aul. II, 2, 11.*
213. crochitum	*Plaut. Aulul. IV, 3, 2.*
214. subleuit	*Plaut. Aulul. IV, 6, 12.*

Caput II.

p. 72, 15 litt. A.

lemma 29. aetate	*Plaut. Asin. II, 2, 8.*
	idem in eadem.
30. altile	*Plaut. Cistellaria.*
31. assulatim	*Plaut. Captiuis IV, 2, 52.*
	Laeuius Pullis.
	Plaut. Menaechm.
32. anxitudo	Attius Eurysace.
	idem armorum iud.

		M. Tull. de rep. II.
		Pacuuius Hermiona.
lemma 33.	albitudinem	*Plaut. Trinummo IV, 2, 32.*

p. 76, 16.

lemma 66.	absente	*Plaut. Amph. II, 2, 194.*
		Afranius Auctione.
67.	antiquari	M. Tull. de off. lib. II.
68.	adlectat	M. Tull. de senect.
69.	abusa	*Plaut. Asinar. I, 3, 44.*

p. 79, 9 litt. B.

lemma 9.	baiulare	*Plaut. Asinar. III, 3, 70.*

p. 83, 7 litt. C.

lemma 13.	contente	*Plaut. Asinar. I, 1, 63*[15]).
17.	comedim	*Plaut. Bacch. IV, 4, 91.*
		Cicero ad Varr. epist.
		Pompon. Prostib.
		Caecilius Plocio.
18.	conspicilium	Plaut. Medico.
19.	collustra	Lucilius Sat. lib. VIII.
		Laberius Virgine.
20.	conquiniscere	*Plaut. Cistell. IV, 1, 5.*
		idem Pseud.
21.	copi	*Plaut. Pseud. II, 3, 8.*
		Turpilius Epiclero.
		Pacuuius Periboea.
22.	collutulet	*Plaut. Trinummo III, 2, 67.*

p. 85, 25.

lemma 30.	castoria	*Plaut. Asin. III, 1, 16.*
31.	coquinatum	*Plaut. Aul. III, 1, 3.*
32.	curio	*Plaut. Aul. III, 6, 27.*

p. 95, 12 litt. D.

lemma 5.	desquamat	*Plaut. Aulul. II, 9, 1.*
		Lucilius Sat. lib. VII.

15) lemmata 14—16 breuem Varronianorum exemplorum ordinem efficiunt.

lemma 6. deartuare	*Plaut. Capt. III, 4, 108.*
	idem in eadem.

p. 99, 8.

lemma 36. delegare	*Plaut. Amph. prol. 67.*

p. 102, 6 litt. E.

lemma 3. excantare	*Plaut. Bacch. I, 1, 6.*
	Lucilius Sat. lib. II.
	Varro Eumenid.
4. extundere	Afranius Epist.
	Vergilius Georg. lib. I.
5. exculpere	*Plaut. Cistell. II, 2, 6.*
	Lucilius Sat. lib. II.
6. e regione	Cicero Acad. IV.
7. exorbebo	*Plaut. Epid. II, 2, 1.*
	Turpilius Leucadia.
8. exgurgitem	*Plaut. Epid. IV, 2, 12.*
9. expapillato	*Plaut. Mil. gl. IV, 4, 1.*

p. 105, 20.

lemma 29. exiurare	*Plaut. Amph.*
30. exornare	*Plaut. Aul. IV, 10, 1.*

p. 109, 9 litt. F.

lemma 2. firmitudo	*Plaut. Asin. II, 2, 54.*
	M. Tull. de rep. lib. I.
3. fortunare	*Plaut. Trinummo II, 4, 175.*

p. 112, 18.

lemma 27. frausus	*Plaut. Asin. II, 2, 20.*

p. 128, 26 litt. G.

lemma 30. gerrae	*Plaut. Asin. III, 3, 10.*

p. 120, 4 litt. H.

lemma 3. hallec	*Plaut. Aulul.*
4. halophantam	*Plaut. Curcul. IV, 1, 2.*
	alius nobilitatis obscurae.

p. 123, 16 litt. I.		
lemma	11. inanis	*Plaut. Aulul. I, 2, 6.*
	12. incitas	*Plaut. Trin. II, 1, 131.*
		idem Poenulo.
		Lucilius Sat. lib. III.
		idem lib. XV.
	13. incertat	Pacuuius Duloreste.
		Plaut. Epidico.
	14. icit	*Plaut. Trucul. III, 7, 12.*
		idem Vidularia.
		Pacuuius arm. iudicio.
		Afranius Simulante.
		Caecilius Demandatis.
		Lucretius.
		Turpilius Demetrio.
		Naeuius Danae.

p. 128, 16.		
lemma	46. igitur	*Plaut. Amph. I, 1, 54.*
	47. inuolare	*Plaut. Amph. I, 1, 90.*
		Cicero or. III.
	48. iudicatum	*Plaut. Asin. V, 2, 87.*
	49. impedio	*Plaut. Aulul. prol. 18.*
	50. indipiscere	*Plaut. Aulul. IV, 10, 45.*

p. 136 litt. M.		
lemma	4. macritudo	*Plaut. Capt. I, 1, 32.*

p. 139.		
lemma	36. mordicibus	*Plaut. Aul. II, 2, 57.*
		Cicero Academ.

p. 143, 10 litt. N.		
lemma	1. nuperum	*Plaut. Capt. III, 5, 59.*
	2. neminis	*Plaut. Capt. III, 5, 107.*
		Lucilius Sat. lib. XXX.

p. 144, 26.		
lemma	13. numellae	*Plaut. Asin. III, 2, 5.*
	14. nugiuendos	*Plaut. Aulul. III, 5, 51.*

p. 146, 1. litt. O.

lemma 1. obscaeuauit	*Plaut. Asin. II, 1, 18.*
2. optimitas	*Plaut. Asin. II, 1, 16.* idem Captiuis.
3. obba	Varro Est mod. mat.
4. opulentitas	*Plaut. Mil. IV, 4, 35.* Caecilius Plocio.

p. 146, 9.

lemma 18. occepso	*Plaut. Amph. II, 2, 11.*
19. osa sum	*Plaut. Amph. III, 2, 19.*

p. 151, 15. litt. P.

lemma 19. pien	*Plaut. Asin. III, 1, 3.*
20. portisculus	*Plaut. Asin. III, 1, 14.* Ennius Annal. VIII. Laberius Hetaera.
21. perpexabile	*Plaut. Asin. IV, 1, 47.*
22. praesegmina	*Plaut. Aulul. II, 4, 33.*
23. pipulo	*Plaut. Aulul. III, 2, 31.*
24. picos	*Plaut. Aul. IV, 8, 1.*

p. 155, 28.

lemma 51. polentia	*Plaut. Rud. III, 2, 4.*
52. propitiabilis	Ennius Cupiuncula.
53. pauxillisper	*Plaut. Trucul. V, 1, 21.*

p. 164, 16. litt R.

lemma 4. rauis	*Plaut. Aulul. II, 5, 10.* idem Cistell.
5. rurant	*Plaut. Capt. I, 1, 16.* Varro Serrano περὶ ἀρχ.
6. rarenter	Caecilius Plocio. Pomponius Ergast.
7. ructus	*Plaut. Pseud. V, 2, 9.* Lucilius Sat. lib. III.

p. 166, 33.

lemma 21. rumiferare	*Plaut. Amph. II, 2, 16.*

p. 171, 7. litt. S.

lemma 27. superbos	*Plaut. Amph. I. 1, 201.*

p. 171, 32.

lemma 32. scalpurrire	*Plaut. Aulul. III, 1, 8.*
33. somnurnas	Varro Prometh.
34. satias	Attius Astyanact.
	Varro Prometh.
	Sallust. hist. II.
	Lucilius Sat. lib. XXIX.
	Terentius.
	Lucretius lib. II.
35. squalam	Ennius Telam.
36. socienno	*Plaut. Aulul. IV, 1, 32.*
37. scaturrex	Varro Est mod. mat.
38. somniculosus	Laberius Sorore. [Gell. IX, 12, 11.]
39. sacuitudo	*Plaut. Bacch. I, 1, 2.*
40. suauitudo	*Plaut. Bacch. I, 1, 26 sq.*
	Turpilius Leucadia.
41. seueritudine	*Plaut. Epidico V, 1, 3.*
42. sorditudine	*Plaut. Poenul. V, 2, 10.*

p. 187, 4. litt. V.

lemma 31. nolup	*Plaut. Asin. V, 2, 92.*

Caput III.

p. 199, 8. litt. C.

lemma 31. catellae	Caecilius Plocio.
	Plaut. Curcul. V, 3, 13.
32. corium	*Plaut. Poenul. I, 1, 11.*
	Varro Eumenid.
33. calx	Vergilius lib. XI.
	Plaut. Poen. IV, 2, 86.

p. 210. litt. L.

lemma 2. lux	Vergilius Bucol.
	Plaut. Aulul. IV, 10, 18.
	Varro Bimarco.
	idem Ephebo περὶ ἐμμονῆς.
	M. Tull. de off. III.

lemma	3. lucrum	*Plaut. Persa IV, 3, 23.*
	4. lanium	Serenus.
		Plaut. Sticho V, 4, 41.
		Nouius Macco exule.
		idem Praecone poster.
		Lucilius.

p. 217, 26. litt. P.

lemma	5. partes	Vergilius.
		Plaut. Aulul. I, 1, 36.
		Afranius Vopisco.
		Plaut. Trucul.
	6. praesepia	Vergilius lib. XI.
		Plaut. Curcul. II, 1, 3.
		Varro de re rust. lib. I.
	7. panis	*Plaut. Curcul. II, 3, 86.*

p. 224, 30. litt. S.

lemma	14. schema	*Plaut. Amph. prol. 117.*
		Pomponius Prostibulo.
		Naeuius Lycurgo.
		Lucilius Sat. lib. XXIX.
	15. scrobes	*Plaut. Amph.*
		idem Aulul.
		Varro de re rust. lib. I.
		idem Manio.
	16. syngraphas	M. Tullius.
		Plaut. Asinar. IV, 1, 1.

p. 227, 16. litt T.

lemma	3. tonitrus	*Plaut. Amph. V, 1, 10.*
	4. tergum	*Plaut. Pseud. I, 2, 21.*

Caput V.

p. 421, 11.

lemma	1. cupido et amor	*Plaut. Bacch.*
		idem Curcul.
		Afran. Omine.
		Vergilius.
		Plaut. Mercatore.
		Naeuius Gymnastico.

lemma 2. amare et diligere	Cicero ad Brutum.
	idem lib. IX.
	idem ad Dolabellam.
3. perire et interire	*Plaut. Capt. III, 5, 52.*
4. alere et educare	*Plaut. Menaechm. I, 1, 22.*
5. tollere et auferre	Vergilius lib. VIII.
	Turpilius Philop.
	Varro Sexagesi.
6. horrendum	Vergilius Aen. lib. III.
	Plaut. Pseud. I, 1, 66.
	Attius Medea.
	Lucilius lib. XVI.
	M. Tullius de rep. lib. I.
	idem de rep. lib. IV.
	Varro epist. ad Caes.
	Sisenna hist. lib. IV.
7. menetricem et prostibulum	Plaut. Cistell.
8. genetrix a matre	Vergilius lib. VIII.
	Plaut Menaechm.
9. pudet et piget	*Plaut. Pseud. I, 3, 47.*
	idem Trinummo.
	Attius Neoptolemo.
	idem Andromeda.
	Turpilius Demetrio.
	Paeuuius Duloreste.
	Sallustius Iugurth.
	Varro Parmenone.
10. osculum et suauium	Varro de uit. p. R. lib. I.
11. sacrificare et litare	Vergilius Aen. lib. IV.
	Plaut. Poenul. II, 1, 41.

p. 439, 6.

lemma 69. inter speratam et dictam	*Plaut. Amph. II, 2, 42.*
	Vergilius lib. II.
	Titinius Quinto.
70. mutuum a faenore	*Plaut. Asin. I, 3, 95.*
71. simulare et dissimulare	Sallustius Catilina.
72. inter nutare, adnuere	*Plaut. Asin. IV, 1, 39.*

Caput VI.

p. 453, 23.

lemma 30. usu	*Plaut. Amph. II, 2, 215.*
31. furtum	Vergilius lib. IV.
	Plaut. Amph. ?
32. ingredi	*Plaut. Amph. ?*
33. obsequia	*Plaut. Asinar. I, 1, 61.*
34. uersutos	*Plaut Asinar. ?*
35. deuorari	*Plaut. Asinar. III, 3, 59.*
	idem Aulul.
36. bicipitem	Varro de uit. pop. R. IV.
37. defaecata	*Plaut. Aulul. I, 2, 1.*
38. malitiam	*Plaut. Aulul. II, 2, 38.*
	idem in eadem.
39. beluam	*Plaut. Aulul. III, 6, 25.*
40. cum sit grocire	*Plaut. Aulul. IV, 3, 1.*
41. rostrum	*Plaut. Menaech. I, 1, 13.*
	Nouius Paedio.
	Lucilius Sat. lib. V.
	idem lib. IX.
	Varro Periplu II. περὶ φιλοσοφίας.
	idem Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν.

p. 456, 11.

lemma 44. stuprum	*Plaut. Amph. III, 2, 2.*
	Sallustius hist. lib. II.
45. thesaurum	*Plaut. Amph. IV, 3, 12.*
46. compotem	*Plaut. Epid. IV, 1, 32.*
	Naeuius Danae.
47. uina	Vergilius Aen. lib. I.
48. indolem	*Plaut. Milite III, 1, 37.*
49. alacritatem	Cicero Tuscul.
50. catuli	Vergilius Georg III.
	Plaut. Trucul. II, 2, 13.
	Lucretius lib. V.
	Lucilius Sat. lib. IV.
	idem lib. VII.
51. compressus	*Plaut. Trucul. II, 6, 16.*

Caput VII.

p. 467, 22.	
lemma 2. uagas	*Plaut. Milite II, 5, 13.*
	Serenus Opusc.
	Pacuuius Medo.
	Attius Bacchis.
	Turpilius Leucadia.
	Attius Tereo.
	idem Medea.
	Ennius Hectoris Lytris.
	Pacuuius Periboea.
	Varro Pseudulo Apolline.
	idem Hercules tuam fidem.
	Pomponius Pappo praeterito.
	Sisenna hist. lib. XXIII.
3. meret	*Plaut. Menaechm. II, 3, 8.*
	idem in eadem.
	Turpilius Philopatro.
	Turpilius Hetaera.
4. auspicaui	*Plaut. Persa IV, 6, 7.*
	idem Sticho.
	Atta Lucubrat.
	Caecilius Plocio.
	Naeuius Bello Pun. II.
5. deluctaui:	*Plaut. Trinumm. IV, 1, 20.*
	idem Vidul.
	Terentius Hecuba.
p. 474, 32.	
lemma 58. opino	*Plaut. Bacch.* ?
	Pacuuius Chryse.
	Ennius Eumen.
	Caecilius Asoto.
59. promeret	*Plaut. Trinumm. III, 2, 15.*
p. 476, 10.	
lemma 69. patitor	*Plaut. Asin. II, 2, 108.*
70. copulantur	*Plaut. Aulul. I, 2, 38.*
71. praesagitur	*Plaut Bacch. IV, 4, 28.*
72. expalpabitur	Plaut. Vidularia.

lemma	73. reddibo	*Plaut. Casina I, 1, 41.*
		idem Menaechm.
	74. ludificata ero	*Plaut. Milite III, 3, 53.*
	75. osculaui	Titinius Illecebris.
	76. expedibo	*Plaut. Trucul. I, 2, 36.*
		Pacuuius Periboea.

Caput VIII.

p. 483, 7.

lemma	5. mansuete	*Plaut. Asin. I, 2, 19.*
		Attius Meleagr.
		Varro ὄνος λύρας.
	6. quaesti	Titinius Fullonibus.
		Plaut. Aulul. I, 2, 5.
		Nonius.
		Terentius Hecyra.
		Pomponius Pistor.
		Turpilius Demetrio.
		idem Hetaera.
		Caecilius Venat.
		Varro Cato.
	7. tumulti	*Plaut. Casina III, 5, 22.*
		Terentius Andria.
		Pomponius Piscat.
		Attius Aeneadis.
		idem Nyctegresia.
	8. uicti	*Plaut. Captiuis IV, 2, 75.*
	9. aesti	Pacuuius Chryse.
	10. senati	*Plaut. Epidico II, 2, 4.*
		Sallustius Catilina.
		Sisenna hist. lib. III.
		Varro de uita p. R. lib. I.
	11. uas	M. Tull. de off. lib. I.
	12. sumpti	*Plaut. Trinummo II, 1, 20.*
		Turpilius Philop.
		Lucilius Sat. lib. XXX.
		Caecilius Plocio.
		Varro Bimarco.

Caput X.

p. 509, 3.

lemma 38.	deplorabundus	*Plaut. Aulul. II, 4, 38.*
39.	coctum	*Plaut. Aulul. II, 4, 46.*
40.	macet	*Plaut. Aulul. III, 6, 28.*

Caput XI.

p. 510, 15.

lemma 10.	auariter	*Plaut. Curcul. I, 2, 34.* Quadrigarius Annal. lib. XXI. Cato de praeda mil. diuid.
11.	amiciter	*Plaut. Persa II, 3, 3.* Pacuuius Duloreste.
12.	probiter	Varro Octogesi.
13.	munditer	*Plaut. Poenul. I, 2, 26.*
14.	saeuiter	*Plaut. Poenul. I, 1, 99.* Plaut. Trinummo. Attius Astyan. Ennius Phoen. Afranius Simulante. Ennius Hectoris Lytris.
15.	maestiter	*Plaut. Rudente I, 5, 6.*

Caput XIII.

p. 532, 30.

lemma 1.	celox	*Plaut. Asinaria II, 1, 10.* idem Captiuis. idem Poenulo. Turpilius Lemniis. Varro Hercules tuam fidem. idem Bimarco.
2.	corbita	*Plaut. Poenulo III, 1, 4.* idem in eadem. Lucilius Sat. lib. XV.
3.	horia	*Plaut. Rudente IV, 2, 5.* idem in eadem.
4.	cercyrus	*Plaut. Sticho II, 2, 42.* Lucilius Sat. lib. VIII. idem lib. XIV. Plaut. Mercatore.

Caput XIV.

p. 539, 11.		
lemma 13.	regilla	*Plaut. Epid. II, 2, 39.*
		Varro Papiap.
14.	ralla	*Plaut. Epid. II, 2, 46.*
15.	rica	*Plaut. Epidico II, 2, 48.*
		Serenus Opusc.
		Nouius Pedio.
		Lucilius Sat. lib. II.
		Turpilius Velit.
		Varro Prometheo I.
16.	caesicium	*Plaut. Epidico II, 2, 46.*
17.	indusium	*Plaut. Epidico II, 2, 47.*
18.	patagium	*Plaut. Epidico II, 2, 47.*
		Naeuius Lycurgo.
19.	supparum	*Plautus Epidico II, 2, 48.*
		Nouius Pedio.
		Afranius Epist.
		Varro Eumenid.
20.	exoticum	*Plaut. Epidico II, 2, 48.*
21.	plumatile	*Plaut. Epidico II, 2, 49.*
p. 541, 28.		
lemma 29.	limbus	*Plaut. Aulul. III, 5, 45.*
30.	flammeus	*Plaut. Aulul. III, 5, 36.*

Caput XV.

p. 543, 7.		
lemma 1.	aula	*Plaut. Amph. ?*
		Varro Gerontodidascalo.
		idem Bimarco.
2.	matella	*Plaut. Amph. ?*
		Varro Endym.
		idem Manio.
3.	mortarium	*Plaut. Aulul. I, 2, 17.*
4.	peluis	Laberius Virgine.
		Caecilius Feneratore.
5.	fidelia	*Plaut. Aulul. IV, 2, 15.*

Caput XVI.

p. 548, 7.

lemma	1. cunatilis	Titinius Setina.
		Plaut. Epidico II, 2, 49.
	2. molochinum	Caecilius Pausimacho.
		Plaut. Aulul.
	3. impluuiatus	*Plaut. Epidico II, 2, 40.*
	4. caltulam	Vergilius Bucol.
		Plaut. Epidico II, 2, 47.
		Nouius Pedio.
		Naeuius Lycurgo.
		Varro de uit. p. R. lib. I.
	5. caerinum	*Plaut. Epidico II, 2, 49.*
	6. ferrugineum	Vergilius Georg. IV.
		Plaut. Milite IV, 4, 43.

p. 549, 25.

	10. crocota	*Plaut. Aulul. III, 5, 47.*
	11. uiolacia	*Plaut. Aulul. III, 5, 36.*

Caput XVIII.

p. 552, 10.

lemma	1. catapulta	*Plaut. Curculione V, 3, 12.*
		Titinius Setina.
		Plaut. Captiuis.
		Nouius Pacilio.
		Lucilius Sat. lib. V.
		Sisenna hist. lib. III.
		Varro de uit. p. R. lib. III.

Recte Schottmuellerus dixit talem exemplorum collocationem casu factam non esse; immo uidetur origo ordinum istorum cohaerere cum fontium quos adhibuit Nonius, ratione. nisi igitur eum ipsum legisse et excerpsisse Plautinas fabulas putaueris, duae iam extant explicandi uiae: aut enim commentario usum esse eum credideris aut glossario. ipsum autem exempla Nonium collegisse nemo, opinor, contendet qui et stupiditatem eius et leuitatem satis respexerit atque animaduerterit quam saepe testimonia e Gellii noctibus Atticis

hausta princeps iste compilatorum proferat tanquam a semet ipso congesta. contra mihi uidetur commentarium ita adhibuisse ut peruoluens eum quaereret quae in singula capita recipere posset. unde etiam ordo ille et fabularum et ipsorum uersuum usquequaque mira cum constantia seruatus facile explicatur. de glossario autem cogitare uetamur cum aliis commentarii uestigiis tum longioribus de uerborum etymologia, de uaria significatione explanationibus quae commentarium ualde redolent, minime glossarium. accedunt argumenta quibus Schottmuellerus comprobauit e commentario Nonium hausisse.

Hoc uero qui concesserit eum necesse est etiam concedere duobus commentariis usum esse Nonium, quorum in altero adnotatum erat ad has fabulas: Amphitruonem[16]), Asinariam, Aululariam, Bacchides, Casinam, Cistellariam, Captiuos, Curculionem, Epidicum, Militem, Menaechmos, Persam, Pseudulum, Poenulum, Rudentem, Stichum, Trinummum, Truculentum. alter autem commentarius complexus est tres fabulas has: Amphitruonem, Asinariam, Aululariam. hoc enim ex ea re apparet quod per omnia fere capita sine per singulas capitum litteras duo extant Plautinorum exemplorum ordines quorum prior ex duodeuiginti illis fabulis, posterior ex tribus his exempla repetit. atque priori quidem ordinum generi hos tribuendos esse dilucidum est: p. 3, 26 sqq. (*hostimentum — suppilare*), p. 72, 15 sqq. (*aetate — albitudinem*), p. 83, 7 sqq. (*contente — collutulet*), p. 95, 12 sq. *desquamat — deartuare*), p. 102, 6 sqq. (*excantare — expapillato*), p. 109, 9 sqq. (*firmitudo — fortunare*), p. 120, 4 sq. (*hallec — halophantam*), p. 123, 16 sqq. (*inanis — icit*), p. 136 (*macritudo*), p. 143, 10 sqq. (*nuperum — neminis*), p. 146, 1 sqq. (*obscaenauit — opulentitas*), p. 155 (*polentia — pauxillisper*), p. 164, 16 sqq. (*rauis — ructus*), p. 171, 32 sqq. (*scalpurrire — sorditudine*), p. 199, 8 sqq. (*catellae — calx*), p. 210, 1 sqq. (*lux — lanium*), p. 217, 26 (*partus — panis*), p. 227,

16) neganit quidem Schottmuellerus (l. l. p. 828) Amphitruonem fabulam in commentario siue codice a Nonio adhibito fuisse primam. errasse tamen eum cum omnes paene ordines e minore commentario profecti tum ordo ille inde a p. 224, 30 testatur, quem paullo infra pleniori commentario tribuendum esse ostendam, quippe ubi exempla ex Amphitruone petita excipiantur testimonio ex Asinaria desumpto.

16 (*tonitrus — tergum*), p. 421, 11 sqq. (*cupido et amor — sacrificare et litare*), p. 456, 11 sqq. (*stuprum — conpressus*), p. 467, 22 sqq. (*uagas — deluctaui*), p. 474, 32 sqq. (*opino — promeret*), p. 476, 10 sqq. (*patitor — expedibo*), p. 483, 7 sqq. (*mansuete — sumpti*), p. 510, 15 sqq. (*auariter — maestiter*), p. 532, 30 sqq. (*celox — cercyrus*), p. 539, 11 sqq. (*regilla — plumatile*), p. 548, 7 sqq. (*cumatilis — ferrugineum*), p. 552, 10 sqq. (*catapulta*). ex altero commentario certum est hos fluxisse ordines: p. 43, 11 sqq. (*uernas — subleuit*), p. 76, 16 sq. (*absente — abusa*), p. 85, 25 sqq. (*castoria — curio*), p. 99, 8 (*delegare*), p. 105, 20 sq. (*exiurare — exornare*), p. 112, 18 (*frausus*), p. 128, 16 sqq. (*igitur — indipiscere*), p. 144, 26 sq. (*numellae — nugiuendos*), p. 148, 9 sq. (*occepso — osa sum*), p. 151, 15 sqq. (*pien — picos*), p. 166, 33 (*rumiferare*), p. 439, 6 sqq. (*inter speratam — inter nutare*), p. 541, 28 sq. (*limbus — flammeus*), p. 549, 25 sq. (*crocota — uiolacia*).

Sunt quidem capita quaedam in quibus semel testimonia Plautina adferuntur ut — si exempla e tribus tantum illis fabulis (Amph., Asin., Aulul.) petita sunt — dubitare possis utri commentatori tribuendus sit ordo. qua in re haesitantibus nobis ea saepius subuenient auxilio quae de compositione antea demonstrauimus. scimus enim ordines in singulis capitibus eisdem fere locis redire solere, unde si locum quo ordo reperitur respicis facile iudicare licet cuius auctoris sit ordo. quare quamquam primo obtutu dubitare licet de breui eo ordine qui inde a p. 224, 30 extat, hac tamen re uerisimile fit eum ex maiore commentario fluxisse, quod ante ordinem Attianorum exemplorum profertur. alteri uero commentatori tribues ordinem illum inde a p. 509, 3 in capite decimo, quoniam ibi exempla Plautina post Attiana, Pomponiana, denique Pacuuiana uides esse posita. neque uidetur huius coniecturae uerisimilitudo non augeri ea re quod posterioris ordinis lemmata exempla subseciua[17]) praebent nulla. namque qui ordines illos quos ex altero commentario Amphitruonem, Asinariam, Aululariam fabulas complexo natos esse dixi, accuratius paullo inspexerit, eum fugere nequit in ordinum illorum lemmatis praeter primaria exempla

17) sic enim liceat dicere testimonia ea quae Schottmuellero *Anhängsel* appellari placuit.

perpauca adferri eaque plerumque ex eis scriptoribus petita quorum testimoniis alias ordines efficiuntur, ut Nonium ipsum ea addidisse non prorsus incredibile uideatur. — Aliter res sese habet in ordine illo p. 224, 30 quem maiori commentario attribuimus. ibi enim priora duo lemmata (*schema* et *scrobes*) ternis illustrantur exemplis subseciuis, tertium autem uno. ordinem denique exemplorum Plautinorum p. 543, 7 sqq. perfectiori commentario Nonium debuisse propterea nemo negabit quia in principio capitis legitur.

Haec autem si recte disputauimus non iam dubitabimus de eis lemmatis singulis quae supra pro ordinibus posita esse comprobasse nobis uidemur. nec uero nihil attinet adferre exempla. in alterius capitis littera B inde a lemmate VI usque ad VIII uerborum ordo legitur, sequitur *baiulare* lemma Plauti testimonio (Asin. III, 3, 70) illustratum, lemmata X et XI exempla praebent e Varronis saturis simplici titulo inscriptis. quis igitur dubitabit quin *baiulare* lemma non solum pro ordine accipiendum sit sed etiam ex altero illo fluxerit commentario tenuiore? idem cadet in *gerrae* lemma (p. 118, 26) inter Tulliana et Varroniana positum, in *uolup* (p. 187, 4) positum inter Luciliana exempla e libris XXX—XXVI petita et Varronianas saturas simplici titulo inscriptas.

De uno ordine inde a p. 453, 23 sqq. re uera dubitare possis. extremo enim lemmate excepto omnia exempla primaria e tribus primis fabulis desumpta sunt, ut totus ordo ualde minorem redoleat commentarium, praesertim cum praeter unum Vergilianum (s. u. *furtum*) et duo Plautina (s. u. *deuorari* et *malitiam*) subseciua exempla sint nulla. repugnant tamen huic rei extremum lemma (*rostrum*) exemplo e Menaechmis petito illustratum (quamquam hoc lemma casu quodam ordini assertum esse potest) et locus ipse quo positus est ordo (cf. tabulam). qua re de hac quidem serie relinquitur dubitatio.

Neque debemus silentio praeterire fabulas nisi Varronianas quas uocant in ordinibus adferri nullas neque aliter eas sese excipere atque ex litterarum ordine, unde uerisimile fit Nonii auctores Varrone recentiores fuisse. Mostellaria, Mercator, Vidularia fabulae nusquam loco primario adferuntur. neque tamen dubito quin eae quoque in commentario maiore

fuerint. alterum uero commentarium minus perfectum uix crediderim plures fabulas complexum esse quam quae in alteris illis ordinibus adferri solent.

His quidem commentariis quem in modum usus sit Nonius, ex eis facile intellegitur quae supra de compositione protuli. peruoluens enim codices exscripsit quae potissimum apta censebat, addidit autem uersum ad quem explicandum adnotatio aliqua facta erat, neque repudiasse uidetur ea testimonia quae ipse commentator protulerat. sic enim explicandum est unde testimonia subseciua plerumque habuerit. quorum quamquam partem ipsum Nonium adiecisse credibile est, hoc tamen persuasum mihi habeo ea exempla subseciua quae primariis antecedunt ex eodem plerumque commentario fluxisse ex quo primaria. supra enim iam dictum est parum recte credi Nonium quae postea demum inuenisset ea non tam extremae lemmatis parti assuisse quam in medium lemma intrusisse. quare a uero haud procul recedere nobis uidemur si ea exempla subseciua quae primariis antecedunt ab eodem auctore esse repetenda, a quo haec ipsa in uniuersum statuimus.

Iam ad ea transeundum est testimonia subseciua quae primariis adduntur. quaeritur enim undenam haec fluxerint. qua in re hoc pro certo habere licebit partem eorum non adeo paruam ex eodem commentario haustam esse, id quod in ea potissimum cadet quae ex ipsis fabulis Plautinis adferuntur, ni forte illa quoque eidem commentatori attribuenda sunt quae e poetis scaenicis persaepe adsciscuntur. minorem uero partem Nonium ipsum arbitror addidisse. namque qui ordines illos quos supra ex altero commentario manasse dixi Amphitruonem, Asinariam, Aulularian complexo, accuratius inspexerit, is facile obseruabit in eis perpauca exempla subseciua esse affixa. quod quidem quomodo facilius explicari possit quam ita ut alter ille commentator adnotationibus exempla si non nulla tamen paucissima addiderit, me nescire confiteor. iam igitur si Nonius, homo inter omnes hebetissimus, in his quidem ordinibus exempla ipse attulit paene nulla, profecto facile colligemus eundem Nonium ne in alteris quidem ordinibus quos excripsit e pleniore quodam commentario ac perfectiore, exempla tam multa fuisse allaturum nisi magnam partem in ipso fonte iam inuenisset. quamquam

negari omnino nequit non nulla ipsum assuisse. apparet enim luculenter ex *halophantam* lemmate p. 120, 8. ubi Mercerius cum uerba *halophantam mendacem uelit* apud Gellium (N. A. VIII, 10) extare uidisset, statim totum lemma Gellianum esse collegit. quod quamquam minus recte uir ille doctus coniecisse mihi uidetur, hoc tamen constat extremum illud testimonium a Gellio sumpsisse Nonium cuius rei vel illud *et alius nobilitatis obscurae* nos monet. reliquam uero glossae partem commentatori tribuendam esse ex ipso fabularum ordine alphabetico (Aulul. Curcul.) et ex loco quo breuis ille ordo positus est manifestum fit. utraque enim res nobis persuadet re uera illo loco iustum ordinem Plautinorum exemplorum extare.

Atqui cum semel cognouerimus exemplum illud e Gellio sumptum postea lemmati ipsum Nonium addidisse, alia quoque exempla credibile fit eum adiecisse ipsum et probabiliter quidem Schottmuellerus eorum scriptorum testimonia statuit a Nonio ipso asserta esse quos aliis locis per ordines describere solebat. cui equidem sententiae eo magis adstipulor quod per cetera quoque capita eandem legem quam Schottmuellerus p. 827 sq. de exemplorum subseciuorum distributione tulit, seruatam esse intellexi. ut enim in primo Plautinorum exemplorum ordine subseciua testimonia eodem ordine sese saepe excipiunt quo alias ipsae eorundem testimoniorum series, sic etiam in ceteris ordinibus Plautinis. cuius rei haec sufficit attulisse exempla. in ordine inde a p. 102, 6 *excantare* Lucilius ante Varronem nominatur ut primo capite Luciliana praecedunt Varronianis. item in ordine inde a p. 453, 23 *rostrum*[18]), p. 484 *sumpti*, p. 539 *rica*, p. 483, 7 *mansuete* Attius apte ante Varronem testis adhibetur. p. 422 *horrendum* sex exempla subseciua prorsus eodem ordine distributa sunt quo in primo capite ipsae series:

Attius Medea.
Lucilius lib. XVI.
M. Tullius de rep. lib. I.
idem de rep. lib. IV.
Varro epist. ad Caesarem.
Sisenna hist. lib. IV.

---

18) quamquam dubitare licet num hoc lemma ad ordinem pertineat. Cf. p. 37.

sic igitur elucet Nonium singula lemmata haud raro diuersis e fontibus compilasse. de singulis autem testimoniis subseciuis certi quicquam ut eruas uix continget in tanta exemplorum farragine.

Quoniam igitur quantum fieri potuit ex ipsa ordinum compositione enucleauimus qualis auctorum fuerit ratio quoque modo eis usus sit Nonius cumque adumbratum sit quantum adiumenti uterque commentator ei praebuerit, restat ut indagemus cuiusnam commentarii fuerint. quod si minus nobis contigerit, hoc certe studeamus eruere quam fuerint uel eruditi commentatores uel indocti. etiam hoc utile erit primos tanquam fontes inuestigare, si ipsos riuulos per quos illi in paludem Nonianam deducti sint detegere nequimus.

Iam igitur ante omnia inquirendum erit num forte eorum quos notum est exstitisse apud ueteres commentariorum aliqui Nonio usui fuerint. nouimus autem ex Ritschelii praeclara de Plautinis quaestionibus expositione duos potissimum homines qui iustos ad Plautinas fabulas scripserint commentarios: Sisennam et Terentium Scaurum. de quibus hodie in tanta reliquiarum penuria perpauca conicere licet, probare fere nihil. quamquam enim Sisennae fragmenta conferentibus nobis cum Nonianis lemmatis nonnulla occurrunt quae satis concinant, pauciora tamen uidentur quam ut certam possimus proferre coniecturam. sunt autem haec:

Non. p. 9, 4:	*Sisenna ap. Char. p. 198, 24 Keil.:*
examussim dicitur examinate ad regulam uel coagmentum: est enim amussis regula fabrorum quam architecti cum opus probant, rubrica inlinunt. Plautus in Amphitruone e. q. s.	*examussim Plautus in Amphitruone 'examussim est optima.' ubi Sisenna 'pro examinato' inquit. amussis autem est tabula rubricata quae dimittitur examinandi operis gratia an rectum opus surgat.*
Non. p. 178, 26:	*Sisenna ap. Charis. p. 221, 9:*
tractim ut sensim id est diutine, longo tractu. Plautus in Amphitruone: quid si ego e. q. s.	*tractim. Plautus in Amphitruone; ubi Sisenna 'pro lente' inquit, 'non ut Maro Georgicon quarto'* e. q. s.

Non. p. 179, 30:	*Sisenna ap. Char. p. 221, 6:*
tuatim, tuo more. Plautus in Amphitruone: 'ecce rem iam tuatim facit.'	*tuatim. Plautus in Amphitruone ubi Sisenna ut nostratim. significat autem tuo more.*

nimio inanior uidetur coniectura ipsum Sisennae commentarium Nonio praesto fuisse quam ut eam accipere audeam, praesertim cum *tractim* lemma non tam e commentario Plautino eum hausisse quam potius e glossario aliquo aduerbiorum propterea extra omnem positum sit dubitationem, quod insertum est ordini alicui aduerbiorum de quibus infra explicabitur. neque *tuatim* est in ordine Plautino. accedit quod iam supra uidimus auctoribus Varrone recentioribus usum esse Nonium, qua re nisi omnia fallunt libros eum excussisse credibile est Sisenna multo recentiores, qui tamen ab eius scriptis magnam partem duxerunt originem. aliquam enim Nonianarum λέξεων cum Sisennae fragmentis communionem nemo, opinor, negabit.

De Terentio autem Scauro, quem minimum ad unam fabulam scripsisse commentarium traditum est, nihil certi licet proferre. neque tamen dubito quin ab hoc quoque siue ipso siue per alios partem copiarum acceperit Nonius.

Attamen quamquam quis fuerit commentator quem totiens Nonius ad partes uocauit nescimus, hoc certe inquirere licebit, quibus potissimum fontibus ipse ille Nonii auctor usus sit. qua in re unum iam deprehendisse uidemur Sisennam, alios autem si quaerimus quid ueri potest esse similius quam Verrium Flaccum nobilissimum illum ueterum grammaticorum magno usui fuisse interpreti Plauti, praesertim cum Verrium ipsum de Plauti uocabulis exposuisse O. Muellerus in praefatione Festi satis probauerit? neque desunt apud Festum quae mirum in modum conspirent cum Noniana expositione. sunt autem grauiora haec:

Non p. 3. uelitatio dicitur leuis contentio dicta ex congressione uelitum. Plaut. Asin. 'uerbis uelitationem fieri compendi uolo.' idem Menaechmis: 'nescio quid uos uelitati estis inter uos duo.'

Paul. p. 369 M. uelitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio ab exemplo uelitaris pugnae. Plautus: 'nescio quid uelitati estis inter uos.'

Non. p. 4. capulum dicitur quicquid aliquam rem intra se capit: nam sarcophagum, id est sepulcrum, capulum dici ueteres uolunt quod corpora capiat. Plautus Asinaria: — —. idem Milite: 'quid ais tu? tam tibi ego uideor oppido Acheruntius? tam capularis?' e. q. s.

Paul. p. 61. capulum et manubrium gladii uocatur et id quo mortui efferuntur utrumque a capiendo dictum. sane a capio fit capularis.[19])

Non. p. 5. temulenta dicta ebriosa, dicta a temeto, quod est uinum quod attemtet. Plautus Aulularia: 'quia temeti nihil allatum uideo' e. q. s.

Fest. p. 364. temetum uinum. Plautus in Aulularia: 'Cererin, Strobile, has facturi nuptias? qui? quia temeti nihil allatum uideo' e. q. s.[20])

Non. p. 8. caperare est rugis frontem contrahere et asperare tractum a caprorum frontibus crispis. Plautus Epidico e. q. s.

Paul. p. 48. caperatum rugosum a cornuum caprinorum similitudine dicitur.

Non. p. 8. nautea est aqua de coriis uel quod est uerius aqua de sentina dicta a nautis. Plautus Curculione: 'nam omnium unguentum odor prae tua nautea est.' e. q. s.

Fest. p. 165. nauteam ait Opillius Aurelius[21]) herb[ae genus esse granis nigris] qua coriari utuntur, [cuius uideri a naue duc]tum nomen, quia nauseam fa[cit. permutatione T et S litterarum interme]diarum antiquis consueta. Plautus in Artemone: — —. idem in Curculione: 'nam odor] unguentum omnium prae tuo nautea est.' e. q. s.

19) ualde arridet Odofredi Muelleri sententia Verrium cum glossam illam scriberet memorem fuisse uersus alterius e Milite desumpti. cf. eius adnotationem ad l. c.

20) caret quidem haec glossa etymologia. at tamen hanc quoque Verrium explicuisse testis est Paulus p. 365: 'temetum uinum, unde temulentus et temulentia.'

21) dubitari potest an potius h. l. Aurelius Opillius commentatori usui fuerit. quod etsi fieri potuit, tamen mihi uerisimilius uidetur

Non. p. 10. bardum est ui propria et ingenio tardum. nam Graeci bardos tardos dicebant. e. q. s.
Paul. p. 34. bardus a tarditate ingenii appellatur. Caecilius: — —. trahitur autem a Graeco quod illi *βαρδύς* dicunt.

Non. p. 86. curio curiosus. Plautus Aulularia: 'uolo scire ego ex te qui sit agnus curio.'
Paul. p. 60. curionem agnum Plautus pro macro posuit quasi cura macruisset.

Non. p. 103. expapillato bracchio quasi usque ad papillam renudato. e. q. s.
Paul. p. 79. expapillato bracchio, exerto; quod cum fit papilla nudatur.

Non. p. 105. exiurare et deiurare id est ualde iurare ut deamare. Plautus Amphitruone: 'exiurauisti te mihi dixisse per iocum?'
Paul. p. 77. eiuratio significat id quod desideretur non posse praestari. Plautus: 'eiurauit militiam.'

Non. p. 128, 16. igitur positum pro postea. Plautus Amphitruone. e. q. s.
Paul. p. 105. igitur nunc quidem pro completionis significatione ualet, quae est ergo. sed apud antiquos ponebatur pro inde et postea et tum.

Verrium quam Opillium ad partes ab eo esse uocatum, quoniam de hoc nihil fere constat nisi Plautinas fabulas praecipuam materiam glossographici operis praebuisse ut ait Ritschelius. quamquam sunt quaedam Opilliana quae satis concinant cum Nonianis. ut Nonius p. 62 *conticinium noctis primum tempus quo omnia quiescendi gratia conticescunt. auctores multi sunt mihi sed auctoritate deficiunt.* Opillius apud Varronem l. l. VII §. 79 *putem a conticiscendo conticinium sive, ut Opillius scribit, ab eo quom conticuerunt homines.* minus tamen congruunt Non. p. 13, 9 *ueterina animalia dicantur omnia quae uehere quid possunt Lucretius lib. V.* e. q. s. et Opill. apud Paulum p. 369 *ueterinum bestiam iumentum Cato appellauit a uehendo. Opillius ueterinam dici putat quasi uenterinam uel uterinam quod ad uentrem onus religatum gerat.* cf. denique Non. p. 25 *ualgum* et Opill. ap. Festum p. 375 s. u. *ualgos.* quibus de locis infra disserendum erit.

Non. p. 161. rauis est raucitas. Plautus Aulularia: 'ubi si quid poscam usque ad rauim poscam prius.' idem Cistellaria: 'expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.'

Fest. p. 274. rauim anti[qui dicebant pro raucitate.] Plautus: 'ubi si quid pos[cam usque ad rauim poscam prius.] item: 'experiurani her[cle omnia ad raucam rau]im.' c. q. s.

Non. p. 199. corium neutri est generis. corium masculini Plautus Poenulo: 'tris facile corios contriuisti bubulos'. Varro Eumenidibus: 'nunc corius ulmum tuus depauit, pergis? heia!'

Paul. p. 60. corius apud antiquos masculino genere dicebatur. Plautus: 'iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.' 22)

sunt etiam plures loci satis quidem inter sese similes, neque tamen ita ut certi quicquam euinci possit, id quod in tanta excerptorum apud Festum Paulumque paucitate nil miri habet. satis autem habeo locos illos numeris indicasse. cf. Non. p. 454 *uersuti* et Paul. p. 370, Non. p. 456 *stuprum* et Fest. p. 317, Non. p. 533 *corbita* et Paul. p. 37, Non. p. 457 *catuli* et Paul. p. 45, Non. p. 483 *mansuete* et Fest. p. 154, Non. p. 539 *regilla* et Fest. p. 286. 289, Non. p. 539 *rica* et Fest. p. 277. 289, Non. p. 540 *patagium* et Paul. p. 221, Non. p. 540. *supparum* et Fest. p. 340 (cf. p. 310 ubi Afranianum idem quod apud Nonium est adfertur), Non. p. 541 *flammeus* et Paul. p. 89. 92, Non p. 543 *aula* et Paul. p. 23.

Alterum illum commentarium minorem ad Verrii opus referendum esse paene negauerim, cum non plus unum lemma e trium fabularum ordinibus congruat cum Verrii titulis et ne illud quidem ita ut de Verrio commentatoris auctore probare quicquam liceat. cf. Non. p. 44, 25 *cerriti et laruati male sani et aut Cereris ira aut laruarum incursatione animi uexati.* c. q. s. et Paul. p. 119 *laruati furiosi et mente moti,*

---

22) quamquam testimonia non prorsus congruunt, hoc tamen uidemus Verrium de eadem re explicantem eiusdem Plauti exempla attulisse. neque quisquam negabit facile factum esse ut Paulus aut ipse Festus illud quod est apud Nonium testimonium e Verrio non excerperet.

quasi laruis exterriti. quin etiam sunt quae uario modo ab utroque explanentur, cf. Non. p. 44, 22 *prodigia dicta sunt porro adigenda.* e. q. s. et Fest. p. 229: *prodigia quod praedicunt futura, permutatione g litterae; nam quae nunc c appellatur, ab antiquis g uocabatur.*

His igitur si recte effecimus, Verrium priori quidem commentatori auctorem fuisse, alteri autem num fuerit in dubio relinquendum esse, hunc coniciemus fortasse e Varronis libris doctrinam quandam deduxisse. atque extat unum quidem sed locupletissimum huius rei testimonium. Nonius enim p. 152 in Plautinorum exemplorum ordine e minori commentario deprompto ita: *pipulo pro conuicio. Plautus Aulularia: 'ita me bene amet Lauerna, te iam nisi reddi mihi uasa iubes pipulo te hic differam ante aedis.'* Varro de lingua l. VII, 103 sic: *pipulo in Aulularia: 'pipulo te differam ante aedis.' id est conuicio.* exemplum, explicatio, quin ipse substantiui casus in lemmate apud utrumque ita conspirant, ut Varronis doctrinam per alterum illum commentatorem accepisse Nonium uix negaueris.

Perfectior autem ille commentarius num et ipse Varronem ex parte auctorem habuerit non patet. nusquam enim inuenitur glossa quae repetenda uideatur a Varrone; immo sunt quaedam prorsus contrarie ab utroque explicata ut p. 540 *supparum est linteum femorale usque ad talos pendens dictum quod subtus appareat.* contra Varro l. l. V § 131 *alterum, quod supra a quo supparum.*

Restat ut conferamus grammaticorum illorum opera qui adhuc supersunt maxime Charisii et Prisciani, quos notum est saepe e uetustis hausisse scriptoribus ac doctis.

Non. p. 120, 4. hallec genere neutro. Plautus Asinaria: 'qui mihi olera cruda ponunt hallec duint.' Horatius in libro altero Sermonum: 'ego faecem primus et hallec miscui.

Prisc. IV p. 212. de eodem uocabulo agens adfert Martialem et Horatium; auctores autem nominat Flauium Caprum et Verrium Flaccum.

Non. p. 199, 17. calx est generis feminini. Vergilius lib. XII: 'ferrata calce fatigat'. calx masculini. Plautus Poenulo e. q. s.

Charis. p. 92 sq. calx igitur siue qua calcamus siue quae aedificamus, feminini generis est, ut et Vergilius ait: 'ferrata calce fatigat.' e. q. s.

Non. p. 218, 11. panis consuetudine masculino genere appellatur. neutro Plautus in Curculione: 'haec sunt neutris stabilimenta, pane et assa bubula.'
Charis. p. 90. panis masculino genere dicitur. nam etsi neutro genere Plautus dixit 'pane et assa bubula' tamen uitiose.

Non. p. 224, 30. schema feminino genere diei ueterum usurpat auctoritas. Plautus Amphitruone: 'quod ego huc processi sic cum seruili schema.' e. q. s.
Charis. p. 144. schema quasi monoptoton sit proinde declinasse Caecilius in '*Ἁρπαζομένῳ* denotatur e. q. s. Plautus in Amphitruone: 'huc ego processi cum seruili schema.'[23]) cf. Prisc. p. 199.

Non. p. 225, 5. scrobes feminino genere. masculino Plautus Amphitruone: 'ibi scrobes effodito sexagenos in dies.'
Prisc. p. 168. scrobes feminino genere. Ouidius in VII metamorphoseon: 'haud procul egesta scrobibus tellure duabus.' et masculino tamen genere inuenitur. Plautus in Amphitruone: 'ibi scrobes effodito tu plus sexagenos in dies.' cf. ibidem p. 321. Prob. p. 20 Keil.

Priscianus quibus auctoribus usus sit ipse indicauit; sumpsisse sua uidetur maxime a Capro, hunc multa e Probi siluis compilasse uerisimile est.[24])

Charisium illis locis Iulium Romanum et Palaemonem exscripisse demonstrauit Schottmuellerus (de Plinii Secundi libris grammaticis diss. Bonn. p. 20 sqq.), Iulium autem Romanum Capro et Plinio maximam partem usum esse idem uir doctus (l. l. p. 32) cum nobis persuaserit, re uera uidetur Nonius antiquae Verrii et Probi eruditionis reliquias per

23) consilium quidem utriusque scriptoris diuersum, idem tamen adscribitur testimonium.

24) cf. Kretzschmer de A. Gellii fontibus p. 86.

commentatorem istum Plautinarum fabularum accepisse. sed plenius de ratione quae inter Probum et Nonium intercedit infra exponam, ad quam expositionem nunc liceat te relegare, quoniam de his Plautinis ordinibus eadem in uniuersum ualent quae infra de aliis ordinibus indicanda putaui.

Sed conueniunt etiam singula in septimi capitis ordinibus cum Prisciano qui libro VIII de contrariis generibus uerborum similiter ac Nonius disseruit Probo maxime nixus. uerba tamen Plautinorum ordinum (p. 467 *uagas, auspicaui, deluctaui, meret, scruto*. p. 474 *opino, tutant*) cum apud Priscianum sine exemplis legantur aut aliis quam quae Nonius praebet illustrentur, non attinet hoc loco fusius dicere de fontibus Prisciano et Nonio communibus, tametsi in hac re de Plautinis ordinibus eadem statuenda uidentur quae infra de Attianis explicabimus.

Vnum etiam addam uestigium antiquae doctrinae ex ordine Plautino inde a p. 143, 10. Nonius ita: *neminis positum pro nullius. Plautus Captiuis* [III, 5, 106] '*neminis me miseret, nam me miseret neminem.*' *Lucilius Sat. lib. XXX* '*neminis ingenium tantum confidere oportet.*' Charisius p. 138, 7 *neminis Plautus in Captiuis* [III, 5, 107] '*neminis misereri certum est.*' Charisius hoc loco Iulium Romanum adhibuit, cuius obseruationes redierunt ad Plinium et Caprum uel ad Probum, hoc autem parum differt, quoniam Plinium et Caprum Probo permulta debuisse notum est. nouus testis accedit Priscianus Capro usus p. 207, 4 ita: *neminis. — Lucilius in XXX* '*neminis ingenio quemquam confidere oportet.*' *Plautus in Captiuis* '*misereri certum quia mei miseret nemo*', *Titinius* '*quod rogas neminem decet bonum.*'

Iam igitur ut summatim complectar quae adhuc disputata sunt de Plautinis ordinibus, uidentur illi ordines profecti esse e commentariis duobus qui satis docte et erudite scripti Verrii Flacci, Varronis, Probi horreis haud pauca rettulerint accepta, qui ne e Sisenniani quidem commentarii copiis nihil habuerint. — Transeo ad ceteros ordines.

DE LVCRETIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 13. lemma 36. austra	*Lucr. V, 515.*
37. ueterina	*Lucr. V, 862.*
38. crepera	*Lucr. V, 1294.*
	Attius Phoen.
	Attius Teleph.
	Lucil. Sat. l. V.
	Pacuuius Dulor.
	Plaut. Asin.
	Varro Myst.
39. Auernus	*Lucr. VI, 740.*
	Vergil. lib. VI.

Caput II.

p. 73, 4. litt. A.	
lemma 34. adhesum	*Lucret. III, 382.*
	idem IV.
p. 80. litt. B.*	
lemma 22. bucerias	*Lucr. II, 661.*
23. baubare	*Lucr. V, 1070.*
p. 103. litt. E.	
lemma 10. exos	*Lucretius III, 721.*
p. 136. litt. M.	
lemma 6. maximitas	*Lucretius II, 498.*
7. multesima	*Lucretius VI, 652.*
p. 157, 33. litt. P.	
lemma 67. pestilitas	*Lucretius VI, 1097.*
p. 184, 8. litt. V.	
lemma 13. uariantia	*Lucretius I, 654.*
	idem III.
14. uiscus	*Lucretius I, 837.*
	Vergil. georg. I.
	Lucilius lib. XIV.
15. uagor	*Lucretius II, 577.*

Caput III.

p. 205, 21. litt. F.	
lemma 3. funis	*Lucretius II, 1155.*
4. fretum	Vergilius lib. III.
	Lucretius VI, 364.
	Naeuius.
	Ennius.
	Lucilius.
	Varro Gallo aut Fundania.
p. 227, 25. litt. T.	
lemma 5. textus	*Lucretius V, 95.*
	idem VI.
	Attius Nyctegresia.

Caput V.

p. 424, 6.	
lemma 12. expleri et satiari	*Lucretius III, 1016.*
	M. Tullius de rep. VI.
13. arcus et arquus	*Lucretius VI, 526.*

Caput VIII.

p. 487.	
lemma 26. gelu	*Lucretius V, 206.*
	idem VI.
27. uapor	*Lucretius VI, 953.*

Caput XI.

p. 511, 14.	
lemma 16. propritim	*Lucretius II, 975.*

Horum quidem ordinum de compositione uix est quod addam. saepius enim si pro ordine unam glossam inueneris, eis quae antea de hac re exposuimus intellectis dubitationis nihil iam restat. hoc tamen recordemur necesse uidetur quod exempla subsecina si quae affixa sunt primariis semper eodem ordine sese excipiunt quo alias ipsae series exemplorum primariorum. unde iam supra recte collegisse nobis uidebamur exempla illa ab ipso Nonio esse adiecta fortasse ex eis for-

tibus quibus ipsos illorum scriptorum ordines debebat. qua in re si mecum senseris, simul explicatum habebis quomodo factum sit ut in Lucretianis ordinibus tam pauca legantur exempla subsecina, haud enim nescis ipsum Nonium non multa exempla congessisse nisi ea iam collecta inuenerit et una composita. dixi autem haec quia sic facilius cognoscere possumus quam tenuis fuisse debeat liber quem in auxilium Nonius uocauit; satis enim exiguum cum fuisse inde etiam cernitur quod prae ceteris scriptoribus Lucretium potissimum, cuius poetae permulta crebro adsciscere potuit testimonia, tam raro ad partes uocauit. sed quaeritur qualisnam fuerit Nonii fons. atque difficile quidem esse diiudicatu cum Schottmuellerus (symb. p. 828) dixerit utrum Nonius ipse Lucretii libros perlegerit an commentario usus sit, hoc quidem recte sensisse uir doctus uidetur de glossario uix cogitandum esse, id quod cum pleniores uocabulorum explicationes tum ipsorum uerborum electio extra dubitationem ponunt. qui enim apud ueteres glossemata scribebant hoc imprimis intendisse uidentur, quantum hodie iudicare licet, ut certum uocabulorum genus excerperent (ut aduerbia) uel ut uocabula componerent imprimis obscura quorum uim ac notionem siue etymologiam quam brevissimo indicarent. neminem uero glossatorum noui qui et de origine uocum fusius disseruerit et de uario unius uocabuli usu disertius exposuerit (sicuti Nonius s. u. *crepera*) et de indiscretis uerborum generibus disputauerit et de mutata declinatione egerit uno glossario. ex uno autem libro hausisse Nonium ordines Lucretianos quis negauerit? iam igitur adducimur in hanc sententiam ut eum libro aliquo usum esse statuamus cuius ratio efflagitarit ut scriptor omnes illas quaestiones respiceret. quid igitur probabilius uideatur quam ad hos quoque ordines conscribendos commentarium aliquem Nonium adhibuisse praesertim cum in his quoque ipsi uersus ubique apte sese excipiant? ipsum uero Lucretium si legisset, multo plura profecto debuit ex eo adferre testimonia. quod quidem si non fecit commentario usus, facile hanc difficultatem ex fontis tenuitate licet expedire, quamquam suspicari id malim quam pro certo contendere in tanta ordinum paucitate.

Cum uero quaestioni qualis fuerit fontis ratio ab omni parte satisfieri nequit, tum ne illi quidem quonam potissimum

auctore uti potuerit Nonius, quoniam ne nomen quidem commentatoris nouimus. quem enim commentatum esse Lucretii carmina adfirmauerat Suringarus Velium Longum, cum inter Lucretii interpretes locum sibi uindicare iure negauit Ritschelius (cf. Parerg. p. 363) neque Graefenhanius (historia philologiae apud ueteres IV p. 263) ullum commentatorem se nosse profitetur. quamquam uero Velium Longum Lucretii carmina non prorsus aspernatum esse Lachmannus ad Lucr. III, 94 p. 146 demonstrauit, ualde tamen dubitationi obnoxia est quaestio num eundem Longum in auxilium uocauerit Nonius. neque multum proficiemus Hieronymi loco (Apolog. in Rufin. I p. 367) quo commentarii in Lucretium commemorantur, praesertim cum Lucretii nomen ibi uiri docti addubitent.[25])

Denique non magis rem processuram sperare licet conferentibus nobis *ueterina* glossam (p. 13) cum Opillii fragmento apud Paulum (s. u. *ueterinam*), quod iam supra uidimus satis discrepare ab Nonii expositione (uide adn. 21).

Vnum quidem uestigium Varronianae doctrinae apud Nonium extat in Lucretianis ordinibus s. u. *crepera: 'res proprie dicitur dubia; unde et crepusculum dicitur lux dubia.'* cf. Varro l. l. VII § 77 M. (cf. VI § 5): *'crepusculum a Sabinis quod id dubium tempus noctis an diei sit.'* neque ueri dissimile uidetur in Lucretianis quoque ordinibus nonnulla deprompta e Varronis copiis subesse, nobilissimi illius grammatici cuius ex horreis omnes qui postea in arte grammatica operam collocarunt hortulos suos irrigasse consentaneum est.

Iam porro me si sequaris siluas Nonianas perscrutantem, uno lemmate cum Naeuiano exemplo intermisso post Lucretiana in primo capite reperies Attianorum exemplorum ordinem.

25) cf. L. Mueller de re metrica p. 397 sq

DE ATTIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

p. 14, 24.

lemma 41. extorris	*Attius Eurysace.*
	Turpilius Lemn.
	Sall. Iug.
	Verg. Aen. IV.
42. enoda	*Attius Eurysace.*
	idem Alphesib.
	Ennius Telepho.
	Turpilius Demetrio.
	Pacuuius Perib.
	M. Tull. de fin.
	Varro de uit. p. R. I.
43. grummus	*Attius Oenomao.*
44. torris	*Attius Melanippo.*
	idem Meleagro.
45. expectorare	*Attius Phoenissis.*
	idem Epigonis.
	Cicero de orat. III.
46. extispices	*Attius Medea.*
	Varro Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν.
47. lactare	*Attius Medea.*
	Pacuuius Ilion.
	Caecil. Hypob. rastr.
	Attius Alcimaeone.
	Varro ὄνος λύρας.
	Cicero Tuscul. IV.
48. succussare	*Attius Philoct.*
	Lucilius Sat. lib. IV.
	idem lib. XV.

inde a lemmate *strena* usque ad *particulones* Pomponiana intermittuntur. continuatur ordo

p. 20, 10.

lemma 65. clepere	*Attius Epigonis.*
	Plautus Pseudulo.
	Tullius de rep.
	idem de nat. deor.
	Pacuuius.
	Varro Octogesi.

lemma 66. corporare	Ennius Androm.
	Attius Stasiastis uel Tropaeo.
67. circus	*Attius Andromeda.*
68. medicinam	*Attius Phinidis.*

Caput II.

p. 85, 10. litt. C.

lemma 26. astitudinem	*Attius Phoenissis.*
27. comitasset	*Attius Erigona.*

p. 96, 22. litt. D.

lemma 17. diuidia	*Attius arm. iud.*
	Turpil. Epicl.
18. dulcitas	*Attius Tereo.*
	Caecilius Syracusis.
	Cicero de nat. deor.

p. 109, 26. litt. F.

lemma 7. famulitas	*Attius Andromeda.*
	Pacuuius Atal.
8. fidelitatem	*Attius Myrmid.*
	Afran. Vopisco.

p. 116, 3. litt. G.

lemma 9. gracilitudo	*Attius Amphitr.*
	Ennius lib. VII.
	Naeuius Prot.
	Turpil. Caneph.
10. grandaeuitas	*Attius Alcim.*
	idem Bacchis.
	Pacuuius Herm.

p. 120, 28. litt. H.

lemma 8. hiscere	*Attius arm. iud.*
9. honestitudo	*Attius Oenomao.*
	idem Myrmid.

p. 136, 15. litt. M.

lemma 8. miseritudine	*Attius Astyan.*
	idem Alphes.
9. maestitudo	*Attius Telepho.*
	Plaut. Aulul.
10. magnitate	*Attius Bacchis.*

p. 143, 21. litt. N.

lemma 3. noxitudo	*Attius arm. iud.*
4. nubere	Pompon. Pannuc.
5. nitiditate	*Attius Bacchis.*

p. 146, 15. litt. O.

lemma 5. orbitudinis	*Attius Amphitr.*
	Turpilius Thras.
	Pacuuius Dulor.
6. oquiniscere	Pompon. Prostib.
	idem Pist.
7. oblitterare	*Attius Agam.*

p. 158, 2. litt. P.

lemma 68. poeniturum	*Attius Epinaus.*
69. pausa	*Attius Epigonis.*

p. 165. litt. R.

lemma 8. resupinas	*Attius Antigona.*

p. 173, 25. litt. S.

lemma 46. salitate	*Attius Eurysace.*
47. subiti	*Attius armor. iud.*
48. sanctitudo	*Attius Tereo.*
	idem Phoeniss.
	idem Leucad.
	Tullius de rep.
49. satu	Attius Pelop.
	idem Telepho.
50. scriptione	Varro Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς.
	Cicero Tusc. V.
51. segnitas	*Attius Aeneadis aut Decio.*
	idem Androm.
	Cicero de or. I.

p. 184, 27. litt. V.

lemma 17. uastities	Plaut. Pseudulo.
	Attius Eurysace.
	idem Meleagro.
	Tull. off. II.
	Pacuuius Teucro.

lemma 18. uatescunt	*Attius Phoeniss.*
	Tullius de orat.
	Sallustius Iugurth.
	Varro Manio.
19. uicissitatem	*Attius Phoeniss.*
20. ullo	*Attius Epigonis.*
21. uerruncent	*Attius Aeneadis.*
	Pacuuius Periboea.
	Afranius Diuortio.

Caput III.

p. 200, 11. litt. C.	
lemma 37. collum	Vergilius.
	Attius Epigonis.
	Lucilius Sat. l. VII.
	idem lib. XXVII.
	Caecilius Harpaz.
	Cato in Sercia.
	Naeuius Colace [?]
	Plaut. Amphitr.
	Varro Sexagesi.
38. castra	*Attius Aeneadis.*
39. copulae	*Attius Phinidis.*

---

p. 225, 32. litt. S.	
lemma 19. squalor	*Attius Eurysace.*
	idem Telepho.
	Varro Manio.
20. suasione	*Attius Clytaemnestra.*

---

p. 227, 29. litt. T.	
lemma 6. terriculae	*Attius Epinaus.*
	idem Telepho.

Caput V.

p. 425, 6.	
lemma 14. fors	*Attius Astyanacte.*
	idem Androm.
	Lucilius Sat. l. XIII.
	Varro ad Fufium.

lemma 15. ferus	*Attius Tereo.*
	Sallustius Iugurth.
	Vergilius Aen. l. II.
	idem lib. IV.
16. anticus	Vergilius georg. II.
	Varro rer.. hum.
	Attius Phoenissis.
	Lucilius Sat. lib. XIV.
	Tullius de amic.
	idem de rep.
	idem ad Caesarem.
17. faustum	Vergilius Aen. l. VI.
	Terentius.
18. cuius	*Attius Telepho.*
19. animus	*Attius Epigonis.*
	Varro Andabatis.

Caput VI.

p. 463, 13.

lemma 86. cachinnare	*Attius Phinidis.*
87. tacere	Vergilius Aen.
88. adfari	*Attius Tereo.*
	Vergilius lib. IV.

Caput VII.

p. 469, 3.

lemma 7. auguro	*Attius Oenomao.*
	idem Amphitr.
	Ennius Melan.
	Pacuuius Chrys.
	Cicero ad Caesarem.
	Vergilius lib. VII.
	Tull. de rep. IV.
8. assensit	*Attius Neoptolemo.*
	idem Erigona.
	Pomponius.
9. cunctant	*Attius Alphesiboea.*
	Ennius.
10. accinge	Pomponius Maccis gem.

lemma 11. contempla — *Attius Philocteta.*
Naeuius Danae.
Titinius Fullonibus.
Ennius Medea.
Plautus Asinaria.
12. altercata est — Pacuuius Ilion.
13. arbitrabunt — Plautus Sticho.
14. amplexa — *Attius Alcumaeone.*
Cicero de orat.
15. criminat — Ennius sat. III.
16. dignaui — *Attius Meleagro.*
Pacuuius Hermion.
17. miserant — *Attius Athamante.*
18. largi — Lucilius Sat. lib. XIV.
Attius Diomede.
Cato lego Baebia.

Caput VIII.

p. 485.
lemma 13. iteris — Naeuius Lycurgo.
Attius Oenomao.
idem Telepho.
Varro Cygno περὶ ταφῆς.
14. exerciti — *Attius armorum iud.*
idem Epinausim.
Varro de uit. p. Rom. II.
15. aspecti — *Attius Astyanacte.*
idem Alphesib.
16. scribitio — Cicero de orat. II.
17. salti — *Attius Melanippo.*
18. lucti — *Attius Pelop.*
idem Nyctegr.

---

p. 487, 15.
lemma 28. peruico — *Attius arm. iudicio.*
29. Ioni — Plaut. Aulul.
30. antistitam — *Attius Astyanacte.*
31. gemiti — Plaut. Aulul.
32. species — *Attius Alcumaeone.*
33. argus — Plaut. Amph.
Vergil. Aen. lib. VII.

lemma 34.	gallum	Varro Eumenid.
35.	generibus	*Attius Alcumaeone.*
36.	augura	*Attius Telepho.*
37.	humu	Varro Pranso parato.
		idem ταφ. Μεν.
38.	flucti	*Attius Telepho.*
		idem Clytaemn.
		Pacuuius Chryse.

p. 488, 3.

lemma 44.	indecoris	*Attius Atham.*
		Vergilius lib. XII.
45.	fetis	*Attius Bacchis.*
46.	sublima	*Attius Phinidis.*
		Sallustius hist. II.

Caput XII.

p. 521, 3.

lemma 12.	imbuere	*Attius armor. iud.*
		idem Melanipp.
		Pacuuius.
		Tullius de rep.
		Varro Hecat. περὶ θυσ.
		Sallust Catil.
		Vergilius lib. XII.
		Tullius Hortensio.
		Varro Agathone.
13.	compotem	*Attius Clytaemn.*

Caput XIII.

p. 534.

lemma 5.	lembus	*Attius Deiphobo.*
		Turpilius Leucadia.
		idem Lemniis.
		Vergilius georg. I.
		Sisenna hist. lib. III.
		Plautus Mercat.

Habes in his ordinibus eandem compositionis rationem quam in antecedentibus; Attiana plerumque primario loco posita, aliena nonnusquam lemmata interspersa. facile intelleges fabulas per omnes paene series eodem modo inter se

excipere, id quod in fontis ratione positum esse putabimus. apparet autem simul ex hac re omnes illos ordines ex uno libro esse desumptos, cuius rei hoc quoque uidetur documentum satis firmum quod exempla ex eadem fabula adscita in uno ordine ubique inuenimus consociata. sic autem secuntur ipsae fabulae: Eurysaces, Armorum iudicium, Clytaemnostra, Oenomaus, Astyanax, Melanippus, Pelopidae, Tereus, Phoenissae, Erigona, Medea, Philocteta, Amphitruo, Agamemnonidae, Alcumaeo, Epinausimacho, Telephus, Epigoni, Antigone, Stasiastae uel Tropaeum, Andromeda, Myrmidones, Aeneadae aut Decius, Athamas, Bacchae, Phinidae, Neoptolemus, Alphesiboea, Meleager, Diomedes.[26])

Restitui hunc fabularum ordinem quantum fieri potuit ex eis quae extant seriebus. sunt quidem fabulae nonnullae quae qua in parte fuerint eius libri quem Nonius adhibuit noscimus, quoniam in ordinibus loco primario nusquam commemorantur: Achilles, Aegisthus, Antenoridae, Atreus, Chrysippus, Nyctegresia, Prometheus, Thebais, Troades. Deiphobus quidem Attiana in ordine extremo locum obtinet primarium, cum tamen nullae sequantur fabulae, ne de hac quidem constat.

Tribus locis cum recedant series ab illo quem restitui ordine fabularum, uix timendum est eae ne quid faciant contra obseruationem nostram; namque p. 463 *Phinidae* ante *Tereum* nominantur, p. 469 sq. *Philocteta* male sequitur *Alphesiboeam* neque *Alcumaeo* apte post hanc fabulam ponitur, p. 485 praeter solitam legem *Oenomaus* ante *Armorum iudicium* legitur.

Iam si ab hac obseruatione proficiscimur, hoc luce clarius apparet ex uno libro ordines istos fluxisse quo quidem Attianae fabulae tractatae fuerint, quare hic quoque duae

26) fit autem uerisimile ex hac obseruatione *Erigonam* et *Agamemnonidas* diuersas fuisse fabulas et *Alcumaeonem* aliam fuisse quam *Alphesiboeam*, quod quidem negauerunt Grotemeyerus (de L. Attii tragoediis p. 55) et Ribbeckius (tragic. lat. p. 323), Welckerus (de trag. Graec. p. 279 sqq.) et Ribbeckius (l. l.). quodsi *Achilles*, *Aegisthus*, *Troades*, *Antenoridae*, *Thebais* loco primario non nominantur, inde hoc fortasse explicatur quod fabulae illae eaedem fuerunt atque *Myrmidones*, *Clytaemnestra*, *Astyanax*, *Deiphobus*, *Phoenissae*, quod quinam uiri docti et ubi contenderint, inuenies apud Teuffelium in commentatione de Caecilio Statio, Pacuuio, Attio, Afranio Tubingae anno 1858 edita.

extant explicandi rationes. aut enim commentario aut glossario usus uidetur Nonius. ipsum autem eum legisse fabulas et compilasse iure suo iam Schottmuellerus l. l. p. 829 improbauit, qouniam ipse si legisset Attium, nullo modo explicare liceret unde subseciuorum exemplorum multitudinem habuerit, postquam supra intelleximus quam pauca ipse addiderit exempla. iam igitur utram de reliquis eligamus rationibus inquirendum est. qua in re Schottmuellerus uix recte uidetur mihi disputasse quippe qui glossatorem cogitauerit Nonii auctorem. quae enim uir doctus adfert argumenta, ea si ad obrussam exegeris facile euanescent. namque dicit in primi capitis ordine ex quattuordecim lemmatis sex a littera e, tria ab c incipere, itaque glossarii alphabetici subodoratur uestigia. quaeritur tamen num re uera duo illa lemmata *expes* et *exules* ad Attianorum ordinem exemplorum pertineant. eiusmodi enim ordinum quasi diruptionis exemplum ac lacerationis frustra apud Nonium quaesiueris, ut ordo aliqui ab uno lemmate uel a duobus incohetur, deinde exempla prioris ordinis sequantur, tertio loco nouus ordo intermittatur, denique quarto demum loco primus ille ordo continuetur. sic enim Schottmuellerus statuit ordines excipi:

expes exules	*Attiana*
	Plautinorum ordo
	Lucretianorum ordo
extorris	*Attiana*

attulit ille quidem exempla Lucilianorum ordinum in duas Varronianorumque in tres partes diruptorum. neque tamen apte hos ordines adsciuit quoniam singulas illas ut uidetur partes e diuersis libris haustas esse infra satis apparebit. accedit quod qui e duodecim lemmatis quattuor a littera e, tria ab c incipere uiderit, uix alphabetico glossario satis praesidii paratum putabit quodque ceteri ordines Attiani obseruationem Schottmuelleri ualde confutant. contra quibus commentarium Nonio usui fuisse probari uideatur non desunt argumenta. primum enim librum e quo hausit Attiana in eis quoque lexici partibus adhibere sine dubio potuit, ubi de indiscretis generibus, de differentiis uerborum, de contrariis generibus uerborum, de mutata declinatione, de mutatis coniugationibus, de doctorum indagine dissereret. glosso-

graphicum uero opus uix credo materiam ad tam uarias res tractandas praebuisse, nedum materiam tam copiosam quam fontem Nonii praebuisse ex ordinibus Attianis facile intellegitur. qua re potius commentario aliquo eum usum esse existimo, in quo de omnibus illis quas supra tetigi rebus adnotatum inuenerit. denique hic quoque inuestigare licet unde potissimum commentarii illius riuuli fluxerint. nonnulla enim cum Varrone et Pauli excerptis, plura cum Charisii, Diomedis, Prisciani expositione satis conueniunt, quae quidem placet hic ascribere.

Non. p. 20, 10. *clepere est furari, tractum a* κλοπῇ *uerbo Graeco.* e. q. s.

Varro de l. l. VII § 94. *clepsere dixit, unde etiam alii clepere, id est corripere; quorum origo a clam ut sit dictum clapere unde clepere ex E A commutato, ut multa. potest uel a Graeco dictum* κλέπτειν.

Non. p. 16. *expectorare est extra pectus eicere.*

Paul. p. 80 M. *expectorat, ex pectore eicit.*

Non. p. 146. *oblitterare est obscurefacere et in obliuionem ducere.*

Paul. p. 187. *oblitteratum alii ab obliuione, alii a littore quod ibi notata fluctibus aequari et tolli solent.*

Non. p. 185. *uerruncent id est uertant. Attius.* e. q. s. *Pacuuius.* e. q. s.

Paul. p. 373. *uerruncent uertant. Pacuuius.*[27]) e. q. s.

Non. p. 178. *tetulit, tulit. Attius Androm.* e. q. s.

Char. p. 278, 5 Keil. *'concitum tetuli gradum' pro tuli.*

Diom. p. 372, 2 K. *fero fers tuli (et tetuli dicitur, ut Terentius 'huc tetulissem pedem').*

ibid. p. 441, 2. *'concitum tetuli gradum' pro tuli.*

ibid. p. 452, 9. *Mauors pro Mars et tetuli pro tuli ut 'Mauortis in antro', 'nunquam huc tetulissem pedem.'*

Non. p. 469, 3. *auguro. Attius* e. q. s.

Prisc. p. 392, 11 Hertz. *auguro pro auguror.* cf. ibid. p. 380.

27) aliud quidem Pacuuii exemplum apud Paulum extat. neque tamen dubito quin Verrius ea quoque testimonia attulerit quae Nonius, cum praesertim eum illo loco Attiana etiam adsciuisse ideo uerisimile sit quod in insequenti Pauli glossa Attianum adfertur exemplum

Non. p. 469, 15. *assensit* e. q. s.

Diomed. p. 381, 24. *adsentio Vergilius 'adsensere omnes.' Cicero epistularum secundo ad fratrem 'Philippus' inquit 'adsentit Lentulo.' sed et adsentior Sallustius ait in Catilina 'alius alii uarie adsentiebantur.'* cf. Prisc. 399, 12 H.

Non. p. 469, 22. *cunctant* e. q. s.

Prisc. p. 392, 8. *cuncto pro cunctor.*

Non. p. 469, 27. *accinge* e. q. s.

Prisc. p. 390, 17. *idem in II Aeneidos 'accingunt omnes operi pedibusque rotarum Subiciunt lapsus' pro accinguntur uel accingunt se.*

Non. p. 469, 31. *contempla* e. q. s.

Prisc. p. 392, 9. *contemplo pro contemplor.* cf. Gell. XVIII, 12 qui idem exemplum Plautinum adfert quod Nonius.

Non. p. 470, 6. *altercata est* e. q. s.

Prisc. p. 392, 24. *alterco etiam pro altercor — unde Terentius in Andria 'scio, cum patre altercasti dudum.'*

Non. p. 470, 9. *arbitrabunt* e. q. s.

Prisc. p. 383, 11. *Caelius 'ex scriptis eorum qui ueri arbitrantur' passiue, ὑπολαμβάνονται.*

Non. p. 470, 11. *amplexa* e. q. s.

Prisc. p. 393, 6. *amplexo pro amplexor* e. q. s.

Non. p. 470, 16. *criminat* e. q. s.

Prisc. p. 392, 12. *crimino pro criminor.*

Non. p. 470, 19. *dignaui* e. q. s.

Prisc. p. 392, 13. *digno pro dignor.* cf. Diom. 401, 6. Seru. ad Verg. Aen. XI, 169.

Non. p. 470, 22. *miserarent* e q. s.

Prisc. p. 392, 17. *misereo pro misereor, unde miseret et miseretur impersonalia.*

Non. p. 470, 24. *largi* e. q. s.

Prisc. p. 392, 21. *largio pro largior.*

Difficilis hic exoritur quaestio. Kretzschmerus[28]) quidem operam dedit ut ex Probo haec lemmata sumpta demonstraret hanc uiam ingressus. Seruius ad Aen. I, 194 de partiendi uoce exponens cum Probum testem adferat cumque consentaneum sit Valerium illum Berytium ibi significari, Kretzschmero iudico propter concentum Nonianae de contrariis gene-

28) de A. Gellii fontibus p. 88 sq.

ribus uerborum explicationis et Gellii (XVIII, 12) Seruianique loci haud exiguum tres illos grammaticos e Probo communi auctore sua delibasse colligendum uidetur. quod acutius quam uerius indicasse uirum doctum arbitror. namque primum concentus inter Seruiana uerba et Noniana minime ita comparatus uidetur ut statim utrumque ex eodem hausisse liceat statuere. Seruius enim Sallustianum exemplum, Nonius p. 472, 11 Lucilii, Plauti p. 475, 20 Afranii, Lucilii, Attii, Ennii protulit. Seruius tradidit Probum differentiam quandam statuisse inter actiuam formam et passiuam, apud Nonium eius rei nec uola nec uestigium. ipsa denique uerba alio uterque posuit ordine atque ne hoc quidem premendum est quod et Nonius et Gellius eadem adferunt uerba; debebant enim in hac re fere eadem nominari. Gellius autem si ad contemplandi uocem comprobandam idem Plautinum adhibet quod Nonius, dubitandum est an potius ipsi Gellio exemplum illud Nonius debuerit cum praesertim Plauti testimonium *contempla* lemmati extremo demum loco affixum sit. accedit quod ne Priscianus quidem potest difficultatem expedire. is enim quamuis p. 393, 9 Probum nominet, tamen alios quoque adfert auctores. sic autem apud eum est: '*sed et eorum et superiorum omnium usus tam apud Caprum quam apud Plinium et Probum inuenies.*' quid ex his uerbis sequitur? nil opinor nisi hoc Priscianum tam Capri quam Plinii Probique libros inspexisse. qua re eodem iure Plinium Nonii auctorem dicere possis cum praesertim extet simillimus locus Seruii ubi eodem modo atque ad Aen. I, 194 Probus, Plinius appelletur testis (cf. ad Aen. VII, 273). hoc igitur in medio relinquitur quem maxime ex tribus illis grammaticis secutus sit Nonius; quamquam negari nequit ad Probum tanquam uerum auctorem eius frustula redire, dubium tamen est num ea ipsi Probo debuerit. sed ut Priscianus et Diomedes pluribus usi sunt fontibus sic etiam Nonium non uno e fonte sed e pluribus capitis septimi copias expiscatum esse duabus potissimum rebus ad uerisimilitudinem adducitur. nam hoc quoque capite cum ordines exemplorum adsint eique paucis exceptis prorsus eodem modo excipiantur atque primo et reliquis capitibus, eisdem ad singulos scriptores commentariis eum usum esse patet quos etiam alibi excerpsisse eum et uidimus et infra uidebimus. deinde autem si ex uno libro

caput septimum manasset, unum idemque lemma Nonius profecto non uariis locis et in diuersis ordinibus tractasset. (cf. *partiret* p. 472, 10 et *partire* p. 475, 20 et alia). qua re in hanc trahor suspicionem ex eisdem commentariis in hoc quoque capite Nonium multa mutuatum esse adhibito fortasse praeterea hoc uel illo grammatico, Capro uel Plinio uel etiam Probo.

Non. p. 485. *iteris positum pro itineris et quidem recte ab eo, quod iter iteris facit, itiner itineris. Naeuius Lycurgo: 'ignoti iteris sumus; tute scis.'* e. q. s.

Charis. p. 49 K. *idem iter et itiner non ex eo quod est iter, sed ex eo quod est itiner, itineris facit.*

Prisc. p. 229, 2 H. *hoc iter, dicimus enim huius itineris quamuis antiqui et hoc iter iteris et hoc itiner itineris dixerunt. Plautus in Mercatore* e. q. s.

Naeuius Lycurgo: ignoti iteris sumus; tute scis.

Non. p. 485, 12. *exerciti uel exercituis pro exercitus. Attius Armorum iudicio* e. q. s.

Charis. p. 128. *exerciti: Gn. Naeuius belli Punici libro I* e. q. s.

Non. p. 487, 18. *antistitam. Attius Astyanacte* e. q. s.

Charis. p. 100. *et antistes habet antistitam, ut Varro diuinarum IIII* e. q. s.

Non. p. 487, 20. *gemiti. Plautus Aulularia: 'tantum gemiti et malae maestitiae mihi hic dies obtulit.'*

Prisc. p. 258. *idem in Aulularia 'huius gemiti' dixit: 'tantum gemiti et malae maestitiae mihi hic dies obtulit, famem et pauperiem.'*

Non. p. 488, 11. *flucti pro fluctus. Attius Telepho* e. q. s.

Charis. 143, 12. *senatuis ut fluctuis. 'ita genetiuum' inquit Plinius 'declinabant.'*

Sunt igitur in capitis VIII ordinibus quaedam similitudines inter Nonium et Priscianum Charisiumque. quorum priorem cum uerisimile sit Plinium maxime, quem crebro nominat, pro auctore habuisse, alter autem si Keilium sequimur e Iulio Romano pendeat, qui et ipse Plinio Suetonioque et aliis studuerit, commentatorem etiam quem Nonius adhibuit illorum grammaticorum copias non refugisse credemus.

Non. p. 503. *feruit pro feruet. Lucilius Sat. lib. IX: 'feruit nunc feruet ad annum.'* e. q. s.

Prisc. p. 443 H. *ferueo ferues et ferueo feruis. Vergilius lib. VIII.* e. q. s.

ibid. p. 478. praeter alia exempla adfertur idem Lucilianum quod est apud Nonium.

Non p. 503, 25. *lauit pro lauat. Vergilius georg. lib. III: 'lauit improba taeter Ora cruor.' Plautus Pseudulo: 'eas lacrimis lauis.'*

Prisc. p. 471. *lauo lauis lauit. Plautus Pseudulo: 'gestas tabellas eas lacrimis lauis.' Vergilius in X: 'lauit improba taeter Ora cruor.'* cf. Diom. p. 381, 11. Prisc. p. 403.

Priscianus libro VIII et IX cum Probum inprimis nominet huic sua debere uidetur, nec uero minus quae apud Nonium extant re uera Probo attribuenda esse probabile est.

Iam igitur modo uere disputauerim de commentatore, si non maius at hoc certe eruisse nobis uidemur Verrii Flacci copias eum in usum uocasse et nonnunquam Probi fortasse etiam Plinii et Capri libros inspexisse. sed de his auctoribus infra accuratius quaesituri nunc transgredimur ad Pomponiana.

DE POMPONIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 16, 34.

lemma 49.	strena	*Pomponius Pictoribus.*
50.	adulatio	Tull. de deorum natura.
		idem de officiis.
		Lucretius.
		Attius Prometheo.
51.	manducones	*Pompon. Pictoribus.*
52.	senica	*Pompon. Pictoribus.*
		idem Praec. post.
53.	gradarius	Lucilius sat. lib. XIV.
		Varro Modio.
54.	exdorsuare	Plaut. Aulularia.

	55. delerare	*Pomponius Prostibulo.*
		Lucilius sat. lib. XXVI.
		Plautus Amphitr.
	56. centuriatim	*Pompon. Prostibulo.*
	57. rumen	*Pompon. Prostibulo.*
	58. rudus	Lucilius sat. lib. XI.
	59. rutrum	*Pompon. Pannuceatis.*
	60. nebulones	*Pompon. Pannuceatis.*
		Lucilius sat. lib. XIV.
		idem lib. XX.
		Varro Papiap. *περὶ ἐγκωμίων.*
		Hom. Il. *γ′.*
		Varro Gerontodidascalo.
	61. truam	*Pompon. Pannuceatis.*
		Titinius Setina.
	62. euannetur	*Pompon. Pannuceatis.*
	63. uafrum	*Pompon. Praecone posteriore.*
		Tullius de rep.
		Afranius Diuortio.
	64. particulones	*Pompon. Praecone posteriore.*

Caput II.

p. 143, 24. litt. N.
lemma 4. nubere — *Pompon. Pannuceatis.*

p. 146, 21. litt. O.
lemma 6. oquiniscere — *Pomponius Prostibulo.*
idem Pistore.

Caput VII.

p. 474.

lemma	51. ominas	*Pompon. Cretula uel Petitore.*
	52. sauies	*Pompon. Munda.*
		Nonius Quaestione.
	53. paciscunt	Naeuius bello Punico.
	54. conuiuant	*Pomponius Munda.*
	55. mirabis	*Pomponius Patruo.*

Caput X.

p. 506.
lemma 14. fulgit — Lucilius Sat. lib. VII.
Pomponius Macco sequestre.

		Lucretius lib. VI.
		idem lib. V.
		Pacuuius Medo.
		Attius Bacchis.
		Lucilius Sat. lib. XI.
	15. es	Lucilius Sat. lib. XXVIII.
		Pomponius Maccis geminis.
	16. amplant	Pacuuius Teucro.
	17. aperibo	*Pomponius Vernionibus.*
507.	27. operibo	*Pomponius Praefecto morum.*
	28. paribit	*Pomponius Praefecto morum.*
	29. peruenibunt	*Pomponius Pythone Gorgonio.*
	30. reddibo	Plautus Vidularia.
	31. reperibitur	*Pomponius Anulo posteriore.*
		Plautus Epidico.
		Caecilius Obolostate.

Caput XI.

p. 516.		
lemma 57.	torbiter	*Pomponius Auctorato.*
58.	puriter	*Pomponius Aruspice uel pectore rustico.*
		Nouius Virgine praegnante.
59.	reuerecunditer	*Pomponius Macco uirgine.*

Haec omnia ab eo Nonium mutuatum esse qui Pomponianas maxime fabulas tractarit uix negaueris. quis uero ille fuerit glossator an commentator decernere nequeo. quicunque autem fuit, hoc constare uidetur eruditionem eius rursum ad principes grammaticos rediisse, id quod luculenter e locis infra ascriptis apparet.

Non. p. 18. *nebulones et tenebriones dicti sunt qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant aut quibus ad fugam fugitiuis et furta haec erant accommodata et utilia.*

Fest. p. 165. *nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est quam nebula aut quam non facile perspici possit qualis sit.*

Non. p. 18. *rumen dicitur locus in uentre quo cibus sumitur et unde redditur, unde et ruminare dicitur.*
Fest. p. 270. *rumen est pars colli qua esca deuoratur, unde et rumare dicebant quod nunc ruminare.*

Non. p. 154. *primiter pro prime et primitus pro primo. Pomponius Maccis geminis: 'quin bono animo est! uideo eripis primiter de pannibus.'* e. q. s.
Charis. p. 210. *primiter. Pomponius Maccis geminis: 'bono animo es, eripis primiter.*

Charisius autem Iulium Romanum secutus est, hic, si cum Schottmuellero (de Plinii libris grammaticis p. 32) sentimus, Plinio, Capro, aliis usus est.

Non. p. 506. *fulgit pro fulget. Lucilius Sat. lib. VII* e. q. s.
Prisc. 445. *fulgeo fulges et fulgo fulgis. Lucanus in X.* e. q. s.

Non. p. 508. *paribit pro pariet.* e. q. s.
Diom. p. 383 K. *paris: cum ex hoc dicamus infinitiuum parere tertio ordine, apud ueteres parire dictum reperimus.* e. q. s.

Diomedem uero Keilius (praef. p. LI sqq.) demonstrauit Probo usum esse auctore, quo cum etiam Priscianus capite VIII usus sit, Nonii auctor item Berytium ad partes uocasse uidetur. — De extremo ordine ne fallamur mira cum Prisciano similitudine cauendum est. ille enim capite XV, p. 70, 4—71, 13 H. de cis aduerbiis disserens quae quamuis ab alterius declinationis adiectiuis deriuata tamen in *iter* desinant, eadem aduerbia eodem ordine cum eisdem testimoniis ac Nonius protulit, ut nubem sane pro Iunone amplecti uideremur si communem utriusque fontem crederemus; apparet enim Priscianum e Nonio sua congessisse id quod iam Hertzius (Pilol. uol. XI p. 593 sqq.) demonstrauit. qua de re uidendum est num alius forte opem laturus sit apteque Charisii inuocabitur subsidium.

Char. p. 195, 12. *ampliter Plautus in . . . . pro ample.*
non dubito quin Charisius de eodem exemplo Plautino dixerit, quod habet Nonius p. 511, 15.

Charis. p. 197, 21. *duriter. Terentius in Adelphis: 'ruri agere uitam semper parce ac duriter sese habere.' ubi Acron 'secundum antiquorum' inquit 'consuetudinem.' nam et Ennius in Phoenice: 'quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit'* — Vtrumque testimonium posuit etiam Nonius p. 512.

Charis. p. 200, 15. *hilariter ab eo quod est hilaris, hilare autem ab hilarus ut Helenius Acron in Terentii Adelphis, ubi Terentius: 'hilarem hunc sumamus diem.' sed et Afranius in Sororibus: 'nunc se obsequentem atque hilarem dixi praebeat.'* — Nonius p. 513, 31 item *hilare* aduerbii testimonium Afranii uersum adtulit.

Charis. p. 214, 1. *publicitus. Titinius in Setina: 'statui statuam publicitus.' Terentius quoque in Phormione: 'nonne hoc publicitus.' e. q. s. sed et Plautus in Bacchidibus e. q. s. idem in Amphitruone: 'ita peregre adueniens hospitio publicitus.'* extremum exemplum etiam apud Nonium p. 513 inuenies.

Iam cum Keilius (praef. ad Charis. p. XLV sqq.) Charisium p. 190, 8—224, 22 Iulio Romano cummaxime usum demonstrauerit, hoc quoque loco reicimur ad antiquiores illos Caprum, Plinium, Helenium Acronem, Asprum, qui e Probi copiis et Verrii et Varronis sua conquisiuerant. per quem uero Nonius antiquam illam doctrinam acceperit uix contingat ut enuclees.

DE LVCILIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 20, 34.

lemma 69. cernuus	*Lucil. Sat. lib. III.*
	Vergil. lib. X.
	Lucil. Sat. lib. XXVII.
	Varro de uit. p. R. lib. I.
70. stricturae	Vergilius lib. VIII.
	Lucil. Sat. lib. III.
71. quiritare	*Lucil. Sat. lib. VI.*
	Nigidius comment. gramm.

72. caries	*Lucil. Sat. lib. VII.*
	Turpilius Leucadia.
	Afranius Priuigno.
73. uirosae	*Lucil. Sat. lib. VII.*
74. capronae	*Lucil. Sat. lib. XV.*
75. cerebrosi	*Lucil. Sat. lib. XV.*
76. gliscit	Turpil. Philopatro.
	Attius Aeneadis.
	Pacuuius.
	Sallust. hist.
	Vergil. lib. XII.
	Tull. Hortens.
	Plaut. Asin.
77. postomis	*Lucil. Sat. lib. XV.*
78. tricones	*Lucil. Sat. lib. XI* [XV?].
79. sagac	Lucil. Sat. lib. VII [XVII?].
	Turpil. Boethuntibus.

p. 35.

lemma 144. praestringere	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
145. angina	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
146. arquatus	?[29])
	Varro Eumenid.
147. priuum	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
148. nugator	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
149. foramina	Cic. Tuscul.
150. discerniculum	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
151. fratrum	Nigidius Figulus.
152. supplantare	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
153. fenestrae	Cic. Tuscul.
154. emungi	*Lucil. Sat. XXIX.*
	Terentius.
155. agglomerare	Vergil. lib. II.
156. collare	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
157. depilati	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
158. excuriari	Varro Hippocyne.
159. pensum	*Lucil. Sat. lib, XXVIII*

29) Lucilii nomen non solum excidisse uidetur, sed etiam *lib.* XXX.

160. aqua	*Lucil. Sat. lib. XXVIII.*
	Tull. de off. lib. III.
161. maltas	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
162. monogrammi	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
163. impertire	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
	Nonius Decum.
	Tull. de rep. lib. V.
	idem ad Hirtium.
164. sedulum	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
	Tull. de finibus.
165. scripturarios	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
166. uersipelles	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
	Plaut. Amphitr.
167. conuiuiones	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
168. capital	Plaut. Menaechmis.
	Lucil. Sat. lib. XXVI.
169. clandestino	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
170. idiotas	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
171. expirare	Lucil. Sat. lib. III.
	Lucil. Sat. lib. XXVI.

Caput II.

p. 74. litt. A.

lemma 42. aera	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
43. appetones	Laberius Virgine.
44. aduocasse	*Lucil. Sat. XXIX.*
45. armillum	*Lucil. Sat. lib. XXVIII.*
46. adulescenturire	Laberius.
47. auxiliatum	*Lucil. Sat. lib. V* [XXVI?]
48. ardum	*Lucil Sat. lib. XXVI.*
49. auerruncare	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
	Pacuuius Medo.
	M. Tull. de finibus.
50. apisci	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*

---

p. 87, 33. litt. C.

lemma 49. cluet	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
	Ennius Ambracia.
	Pacuuius Iliona.
	Varro ὄνος λύρας.

50. tibicidas	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
51. contenturum	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
52. canicas	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
53. concorditas	Pacuuius Hermione.
54. commentum	Plaut. Amphitr.
55. cribrum	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
56. contemnificum	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
57. cordi est	*Lucil. Sat. lib. XVI.* [XXVI?]

p. 97, 3. litt. D.

lemma 20. deletio	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
21. depoculassere	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
22. difflare	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*

p. 103, 29. litt E.

lemma 16. eleuit	*Lucil. Sat. lib. VI.* [XXVI?]
17. eleuiem	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*

p. 110, 25. litt. F.

lemma 14. fabitorem	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
15. folliculum	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*

p. 118. litt. G.

lemma 22. gemiae	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
23. glumam	Varro de re rust. lib. I.
24. gerdius	*Lucil. Sat. lib. XXX.*

p. 121, 3. litt. H.

lemma 10. hilum	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
	Cic. Tuscul lib. I.
11. hornum	*Lucil. Sat. lib. XXVIII.*
	Varro Eumenid.

p. 124, 16. litt. I.

lemma 15. inuncare	*Lucil. Sat. lib. XV.*

p. 125, 30.

lemma 27. illuuies	Vergil. Aen. lib. III.
	Lucil. Sat. lib. XXX.
	Varro Manio.
	Lucil. Sat. lib. XXVI.
28. inuidiosum	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*

p. 136, 30. litt. M.	
lemma 11. macellum	*Lucil. Sat. lib. VI.*
p. 138, 18.	
lemma 25. mutuum	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*
26. mordicus	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
	Plaut. Menaechm.
27. monstrificabile	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
p. 143, 33. litt. N.	
lemma 7. noenum	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
p. 153, 16. litt. P.	
lemma 35. permities	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
p. 159, 21.	
lemma 76. protollere	*Lucil. Sat. lib. I.*
77. priua	*Lucil. Sat. lib. I.*
	Lucil. Sat. lib. III.
78. prodigitas	*Lucil. Sat. lib. VI.*
p. 160, 16.	
lemma 83. petigo	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
84. porrigo	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
p. 165, 13. litt. R.	
lemma 11. repedere	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
12. redandruare	Lucil. Sat. lib. IX.
p. 171, 2. litt. S.	
lemma 26. signatum	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
p. 174, 26.	
lemma 52. scelerosi	*Lucil. Sat. lib. I.*
	Afranius Divortio.
p. 175, 12.	
lemma 56. sucerdae	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
57. simitu	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
	Plaut. Amphitr.
	idem Mercat.

58. subsicinum	*Lucil. Sat. lib. XXVIII.*
	Cic. de orat. II.
59. supplosionem	Cic. de orat. III.
60. superbiloquentiae	Cic. Tusc. lib. IV.
61. sarcinator	*Lucil. Sat. lib. XXVIII.*

p. 186, 26. litt. V.

lemma 28. uomica	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
29. uiriatim	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
30. uescum	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
	Vergil. lib. III.
	Afranius Soror.

Caput III.

p. 196, 11. litt. C.

lemma 12. consortium	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
	Tull. de off. lib. III.
	T. Liuius.
13. chartam	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*

p. 201.

lemma 40. cepe	*Lucil. Sat. lib. V.*
	idem lib. XVI.
	Varro Bimarco.
	idem Manio.
	Lucil. Sat. lib. V.
	Varro Eumenid.
	idem Cato.
41. cubitus	*Licil. Sat. lib. XVI.*
42. coluber	Vergil. Aen. lib. II.
	Lucil. Sat. lib. XX.
	Turpil. Leucadia.
	Varro Eumenid.

p. 212. litt. L.

lemma 13. lympha	*Lucilius.*
14. licentiam	Laberius in Paup.
15. latrinas	*Lucil. Sat. lib. XI.*
	Laberius Comp.
	Lucil. Sat. lib. VI.

p. 227, 33. litt. T.

lemma 7. torquem	*Lucil. Sat. lib. XI.*
	Tull. de off.
	Varro ἔχω σε, περὶ τύχης.
	Claud. Quadrig.
	Varro de uit. p. Rom.

Caput V.

p. 427.

lemma 20. ultus	Sallust. Catil.
	Lucil. Sat. lib. I.
	Tull. de off.
21. sebum	*Lucil. Sat. lib. IV.*
22. mussare	Vergil. lib. X.
	idem lib. I.
23 priores	*Lucil. Sat. lib. VIII.*
	Turpil. Demetrio.
	Varro Armorum iudicio.
	Lucil. Sat. lib. XX.
	Afran. Vopisco.
24. poesis	*Lucil. Sat. lib. IX.*
	Varro Parmenone.

---

p. 436.

lemma 59. cupiditas	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
60. aemulatio	Vergil. lib. VI.
	Tullius.
61. probatum	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
62. bellum	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*
	Vergil. lib. XI.
63. cauere	*Lucil. Sat. lib. XXVI.*

Caput VI.

p. 426, 24.

lemma 81. pallorem	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
82. bonus	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
	Verg. georg. II.

Caput VII.

p. 472, 4.

lemma 29. palpatur	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
30. luctant	Ennius lib. IX.

	31. bellantur	Vergil. lib. X.
	32. partiret	*Lucil. Sat. lib. XXIX.*
		Plaut. Asinar.
	33. impertit	*Lucil. Sat. lib. XXVII.*

Caput VIII.

p. 489.

lemma	47. labosum	*Lucil. Sat. lib. III.*
	48. nefantia	*Lucil. Sat. lib. III.*
		idem lib. XXIX.
		Varro Sciomachia, περὶ τύφου.
	49. gracila	*Lucil. Sat. lib. VIII.*

---

p. 493.

lemma	87. inuerbi	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
		Varro epist. ad Fabium.
	88. sescentum	*Lucil. Sat. lib. XXX.*
		idem lib. XXX.

Caput XI.

p. 510, 15.

lemma	17. ampliter	*Lucil. Sat. lib. XIII.*
		Pompon. Herede petit.
		Plaut. Stich.
		Attius Diomede.

Caput XVIII.

p. 552, 32.

lemma	3. rorari	*Lucil. Sat. lib. VII.*
		idem lib. X.
		Varr. de uit. p. R. lib. III.

Duo genera sunt ordinum Lucilianorum; alterae enim series exempla e Lucilii libris I usque ad XX continent, alterae inuerso ordine e libris XXX ad XXVI, quae quidem semper post illas leguntur. qua in re si nihil aliud hoc certe apparet duo uolumina Nonium in manibus habuisse, quorum alterum libros Lucilianos uiginti primos (fortasse etiam uiginti quinque, ut casu magis quam consilio factum uideatur ut libri XXI—XXV nusquam loco primario in ordinibus adfe-

rantur) alterum libros ab XXVI ad XXX continebat[30]). ac Riesius quidem qui primi tantum capitis et alterius inspexit ordines in hanc sententiam incidit ut Nonium re uera alterum codicem a fine retrorsum ad initium oculis satis uelocibus percurrisse statueret. quod si semel factum uideremus, sane id Nonii stupiditati adsignare non dubitaremus. quanta uero insania is homo fuerit necesse est, quem ubique uides inuersum illum ordinem instituisse! finge autem Nonium dedita opera codicem suum iterum iterumque inde ab extremis usque ad prima peruoluisse, uix cur Lucilii potissimum carmina eorumue commentarios tam peruerse perlegerit probabiliter explices. stultitiam uero tantam quantam Riesius opinatus est in ullo homine esse posse ut credam tantum abest, ut ne Nonio quidem omnium, ut uidetur, hebetissimo eam attribuere audeam. uidetur multo potius ipse liber quem adhibuit ita compactus fuisse ut ea re coactus Nonius ordinem peruersum teneret. iam accuratius inspicientibus ordines licet mirari perpauca exempla proferri subseciua, pertinere ea ad scriptores satis paucos, ipsas denique uocabulorum explicationes admodum breues esse ac tenues ut facile quis crediderit glossario aliquo Nonium usum esse. quam quidem sententiam amplecti nequaquam cunctarer nisi unus ille scrupulus restaret quem iam supra (p. 60 sq.) de Attianis ordinibus tetigi. quare in medio relinquitur cuiusnam generis fons Nonii fuerit; nam Schottmuelleri de uestigiis alphabetici ordinis suspicati nimis infirma uidentur argumenta, cum neque discrepantia in prima serie exempla ille satis respexerit neque ordines ceterorum capitum similem praebeant speciem. quemcunque uero librum adhibuit Nonius, hoc non alienum uidetur ab re proposita ut indagemus ad quos potissimum auctores referantur ea quae in Lucilianis ordinibus scripsit siue ipsis usus est siue aliorum opera antea compilatis. commentatores autem Lucilius quantum scimus nactus est quinque Laelium Archelaum, Vettium Philocomum, Valerium Catonem, Pompeium Lenaeum, Curtium Niciam[31]). primos tamen tres

30) re uera autem Lucilii librorum duo distincta σωμάτια fuisse aliis argumentis nixus Lachmannus iam euicit in commentatione indici lectionum Berol. praemissa editaque uere anni 1849.

31) ut L. Muellerus de re metr. p. 397 sq. recte coniecerit apud Hieronymum (Apolog. in Rufin. I p. 397) legendum esse 'et aliorum [scil. com-

ipsi Lucilio subaequales recitasse magis quam commentario perpetuo instruxisse carmina recte iam Suringarus (cf. hist. crit. schol. lat. I p. 59) suspicatus est neque de reliquis quidquam constat. sed cum Lerschius (de ueterum philosophia linguam spectante III p. 138 sqq.) probabiliter demonstrauerit Valerium Catonem de uerborum differentiis scripsisse eundemque Valerium cum constet si non commentarium composuisse certe in Lucilianis carminibus explicandis uersatum esse non multum a ueritate recedere nobis uidemur si statuimus Valeriana non nulla ad Nonium peruenisse quamuis per alios accepta. atque extat unum uestigium licet obscurius exiguumque: Non. p. 436, 30. *cupiditas et cupido diversa sunt, nam cupiditas leuior est. Lucilius.* e. q. s. cf. Valerium Catonem apud Isidorum different. libro Op. p. 194 B: *aliud est amor aliudque cupido; decessit illico alter ubi alter recessit: alter bonus, alter malus.*[32]) Sunt praeterea quaedam similitudines cum aliis grammaticis quas utile est ascribere.

Non. p. 22. *capronae dicuntur comae quae ante frontem sunt quasi a capite pronae.*

Paul. p. 48. *capronae equorum iubae in frontem denexae dictae quasi a capite pronae.*

Non. p. 35. *angina genus morbi; eo quod angat et Graece 'syanca' appellatur.*

Paul. p. 8. *angor est animi uel corporis cruciatus proprie a Graeco ἀγχόνη i. e. strangulatione dictus; unde et faucium dolor angina uocatur.*

Non. p. 35. *priuum est proprium uniuscuiusque; unde et res priuata.*

Fest. p. 226. *priuos priuasque antiqui dicebant pro singulis. ob quam causam et priuata dicuntur, quae uniuscuiusque sint.* e. q. s. cf. Gell. N. A. X, 20, 4. Non. p. 159, 24.

---

mentarios] in alios Plautum uidelicet *Lucilium* Flaccum Persium atque Lucanum', nihil tamen auxilii coniectura illa nobis suppeditat.

32) Lerschius nimis audacter l. l. p. 139 coniecit Nonium e Valerio Catone sua hausisse. ceterum cf. Non. p. 421, 11 *cupido et amor.*

Non. p. 74, 29. *apisci, adipisci. Lucilius Sat. lib. XXVI.* e. q. s.
Paul. p. 11. *. . . sicut et apisci pro adipisci.*

Non. p. 88, 10. *canicas ueteres furfures esse uoluerunt.*
Paul. p. 46. *canicae furfures de farre a cibo canum uocatae.*

Non. p. 159, 24. *priua significat singula. Lucilius Sat. lib. I: 'ad scaenam adducam et primum hisce abdomine thynni Aduenientibus priua dabo.'* e. q. s.
Gell. X, 20, 4. *quocirca priuilegia potius uocari debent quia ueteres priua dixerunt quae nos singula dicimus. quo uerbo Lucilius in primo satirarum libro usus est: 'abdomina thynni Aduenientibus priua dabo cephalaeaque acarnae'.*[33])

Non. p. 165. *repedare. Lucilius Sat. lib. XXVI.* e. q. s.
Fest. p. 281. *repedare, recedere. Pacuuius.* e. q. s.

Non. p. 35. *discerniculum, acus quae capillos mulierum ante frontem diuidit; dictum a discernendo.*
Varro de l. l. V § 129. *discerniculum quo discernitur capillus.*

Non. p. 74.[34]) *auerruncare, auertere. Lucilius Sat. lib. XXX: 'di monerint meliora amentiam auerruncassint tuam.' Pacuuius Medo: 'possum ego istam capite cladem auerruncassere.' M. Tullius de finibus: 'di maluerunt meliora atque amentiam auerruncassint meam.'*
Varro de l. l. VII § 102. *auerruncare apud Pacuuium: 'di monerint meliora atque amentiam auerruncassint.' ab auertendo auerruncare. itaque ab eo precari solent, ut pericula auertat.*

---

33) Nonium e Gellio non hausisse Hertzius annal. phil. l. l. p. 718 probauit. collatis tamen Non. p. 35, p. 159 et Gell. X, 20, 4 cum Festo p. 226 qui tenue quidem excerptum e Verrii libris seruauit sed ita comparatum ut communio quaedam etiam nunc inter illos locos intercedat, colligere fortasse licet Gellium Noniique auctorem e Verrio Flacco ut communi fonte hausisse.

34) haec quidem ualde corrupta nec tamen ita ut cum Varronianis similitudo eorum intellegi non possit. cf. p. 11.

Non. p. 37. *sedulo*[35]) *significat* *sine dolo.* e. q. s.
Charis. p. 219. *sedulo. Helenius Acron in Adelphis Terentii: 'ut falso' inquit 'et consulto'. nisi forte hic nomen est sine dolo.*

Non. p. 201. *cepe generis neutri. Lucilius Sat. lib. V: 'flebile cepe simul, lacrimosaeque ordine talpae.' idem lib. XVI: 'hoc aliud longe est' inquit, 'qui cepe serebat.'* e. q. s. *cepe feminini Lucilius Sat. lib. V: 'lippus edenda acri assiduo ceparius cepa lacrimosa'* e. q. s.
Prisc. VI p. 203. *hoc cepe, huius cepe. Apuleius.* e. q. s. *quod in plurali numero femininum est primae declinationis 'hae cepae, harum ceparum' quamuis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniuntur. Naeuius.* e. q. s. *Lucilius Sat. VI: 'lippus edenda acri assidue ceparius cepa'.* e. q. s.

Priscianus in sexto hoc capite Capro et Probo nixus multa etiam Verrio Flacco debuit. cf. p. 212, 15. p. 213, 20. cet. uides igitur in Lucilianis quoque ordinibus eorundem grammaticorum copias in Nonii librum migrasse quas etiam in aliis operis partibus latere supra intellectum est. priusquam tamen ab his discedam ordinibus, non indignum puto memoratu quod auctor Nonii ab eorum grammaticorum partibus stetisse uidetur, qui uoculas Latinas quam maxime ad Graecam originem referre studebant. uide enim quotiens ad Graecam linguam lectorem relegauerit. Non. p. 22 *prostomis ἀπὸ τοῦ στόματος*. p. 35 *angina*. p. 36 *fenestrae*. p. 37 *maltas* alia.

DE PACVVIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 23, 7.	
lemma 80. lapit	*Pacuuius Periboea.*
81. mones	*Pacuuius Duloreste.*
	Lucilius Sat. lib. XXVI.

35) sic enim scribi uelim quoniam ex utroque testimonio apparet Nonii auctorem de aduerbio cogitasse id quod et ipsa explicatio *sine dolo* persuadet.

Caput II.

p. 137, 5. litt. M.
lemma 13. matrescam — *Pacuuius Duloreste.*

Caput III.

p. 228, 16. litt. T.
lemma 8. timor — *Pacuuius Periboea.*
M. Tullius de rep.
idem de orat.

Caput V.

p. 429.
lemma 27. inter urbem et ciuitatem — Verg. Aen. I.
Ennius Telepho.
Pacuuius Atalanta.
M. Tull. de rep.
Sisenn. hist. lib. IV.
Pomponius.

Caput X.

p. 507, 24.
lemma 24. moneris — *Pacuuius Armor. iud.*
Pacuuius Chryse.
25. niuit — *Pacuuius Paulo.*

Paucissima haec et plane incertae auctoritatis, cum ne unum quidem illorum lemmatum cum aliis grammaticis satis concinat.

DE CICERONIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 23, 17—25, 5.
lemma 82. petulantia — *Tull. de rep. lib. IV.*
83. procacitas — *Tull. de rep. lib. IV.*
Terent. Hecyra.
Liuius Aegisth.
84. calendarum — Varro de uit. p. R. lib. I.
85. consulum — Varro de uit. p. R. lib. II.
86. ignominia — *Tull. de rep. lib. IV.*
Lucil. Sat. lib. XXIV.

	87.	fidei	*Tull. de rep. lib. IV.*
	88.	portitores	*Tull. de rep. lib. IV.*
			Plaut. Menaechm.
			Tull. de off.
			Terent. Phorm.
			Plaut. Asinar.
			Vergil. lib. VI.
			Varro Mysteriis.
	89.	seditionis	*Tull. de rep lib. VI.*

---

p. 29.

lemma	113.	pedetemtim	*Tull. de off. lib. I § 120.*
			Lucil. Sat. lib. XXVII.
			Quadrigarius Annal.
			Caelius.
	114.	calces	Vergil. lib. V.
			idem lib. X.
	115.	subligaculum	*Tull. de off. lib. I § 129.*
	116.	medioeritas	*Tull. de off. lib. I § 130.*
			Lucil. Sat. lib. XXVII.
			Terent. Andria.
			Cicero Tuscul.
	117.	modestiam	*Tull. de off. I § 142.*

---

p. 33, 10.

lemma	135.	pedetemtim	*Cic. in Verr. I § 18.*
	136.	insulsum	*M. Tull. ad Caes.*
			idem de orat. II.
	137.	ignauum	Verg. Georg. IV.
			idem Georg. III.
			Tull. ad Caes. II.
			idem de senect.
	138.	calamitosum	*Tull. in Verr. diuin. 21 § 70.*
	139.	serium	Afranius Priuigno.
			Plaut. Amphitr.
	140.	interpolare	*Tull. in Verr. I § 158.*
			Plaut. Amph.
	141.	euerriculum	*Tull. in Verr. IV § 53.*
	142.	diuaricari	*Tull. in Verr. IV § 86.*
	143.	uacillare	Tull. Phil. III.

p. 41, 5.

lemma 189.	stigmatias	*Tull. de off. II § 25.*
190.	reserare	*Tull. de off. II § 55.*
		Vergil. lib. VIII.
191.	abundare	Vergil. Georg. IV.
192.	tergiuersari	Plaut. Amphitr.
		Tull. de off. III § 118.
		idem Tuscul. lib. V.
193.	prudentiam	*Tull. in Hortens.*
		idem de senect.
		idem de rep. lib. VI.
194.	appendix	*Tull. in Hortens.*
195.	conuiuii	*Tull. de senect. § 45.*
196.	occationem	*Tull. de senect. § 51.*
197.	coagmenta	*Tull. de senect. § 72.*
198.	uerniliter	Caecilius Venat.
199.	pecuniosorum	*Tull. de rep. II § 16.*
200.	uiritim	*Tull. de rep. II § 26.*
		Plaut. Aulul.
		Varro de uit. p. R. lib. I.

p. 59, 30.

lemma 295.	cinnus	*Cic. or. § 21.*
296.	enucleate	*Cic. or. § 28.*
		Cic. Tusc. IV § 33.
297.	rotundam	*Cic. or. § 40.*
298.	rabula	*Cic. or. § 47.*
		Sallustius.
299.	meridies	*Cic. or. § 157.*
300.	inepti	*Cic. de or. II § 17.*
301.	deuorsoria	*Cic. de or. II § 234.*
302.	sanniones	Terent. Eunuch.
		Cic. de or. II § 251.

p. 65, 11.

lemma 331.	digladiari	*Cic. Acad. I.*
		idem lib. III.
332.	aequor	*Cic. Academ. II.*
333.	Maeniana	*Cic. Academ. IV § 70.*
334.	natrices	*Cic. Academ. IV § 120.*
		Lucilius Sat. lib. II.

335. exultare	*Cic. Academ. III.* Vergil. lib. III.
336. excordes	*Cic. Tusc. I § 18.*
337. manum	*Cic. Tusc. I § 28.*
338. fodicare	*Cic. Tusc. III § 35.*

Caput II.

p. 69. litt. A.

lemma 4. adipatum	*Cic. in or. § 25.*
5. adamare	*Cic. Acad. II.*
6. adstipulatum	*Cic. Acad. IV § 67.*
7. addictum	*Cic. Tuscul. II § 5.*

---

p. 70.

lemma 15. architectari	*Cic. de fin. II § 52.*
16. aiat	*Tull. de fin. II § 70.*
17. amellus	*Tull. de fin. V § 3.*

---

p. 71, 3.

lemma 20. attendere	*Cic. de orat. I § 160 sq.*
21. accommodat	*Cic. de orat. II § 250.* Vergil. Aen. lib. II.

---

p. 76, 21.

lemma 67. antiquari	*Tull. de off. II § 73.*
68. adlectat	*Tull. de senect. § 57.*

---

p. 80, 11. litt. B.

lemma 18. baiolum	*Cic. de orat. II § 40.*
19. balbutire	*Cic. Academ. IV § 137.* Cic. Tuscul. lib. V.

---

p. 82, 19. litt. C.

lemma 8. coracem	*Cic. de orat. III § 81.*
9. canitudinem	Varro Aborig.
10. condocefacere	*Cic. Tusc. lib. V § 87.*

---

p. 91, 9.

lemma 76. commemorare	*Tull. de senect. § 38.* idem de fin.

---

p. 91, 17.
lemma 77. coniecturarium *Tull. de fin. IV. § 50.*

p. 92, 17.
lemma 85. concalefacere *Cic. de orat. II § 316.*
86. cauillantur *Cic. de orat. III § 122.*
87. catus *Cic. Tuscul. II § 45.*
88. contrahi *Cic. Tusc. III § 83.*
idem lib. IV.
89. cicures *Cic. Tusc. V § 83.*
90. cuias *Cic. Tusc. V § 108.*

p. 99. litt. D.
lemma 35. discedere *Tull. de off. III § 38.*

p. 101, 8.
lemma 54. diloricare *Cic. de or. II § 124.*
55. diuitior *Cic. de orat. III § 185.*

p. 105. litt. E.
lemma 25. eluuio *Tull. de off. II § 16.*
26. exhiberi *Tull. de off. III § 112.*
27. eculeos *Tull. in Hortens.*
Pompon. Decuma fullonis.
28. emancipatum *Tull. de senect. § 38.*

p. 107, 7.
lemma 41. exedra Tull. de off.
Tull. de fin. V § 4.
idem de or. III.

p. 107, 25.
lemma 45. exanclare *Cic. Acad. IV § 108.*

p. 112, 13. litt F.
lemma 25. fugere *Tull. de off. III § 91.*

p. 113, 15.
lemma 33. fallaciloquentiae *Tull. de fin. IV § 68.*
34. fabellae *Tull. de fin. V § 42.*

p. 113, 29.
lemma 37. flexanima *Cic. de orat. II § 187.*
Pacuuius Hermione.

p. 118, 18. litt. G.

lemma	27. generosum	*Tull. de off. III § 56.*
	28. gratiosum	*Tull. de off. III § 58.*
	29. gratificare	*Tull. in Hortens.*

---

p. 121, 26. litt. H.

lemma	15. hilaretur	*Tull. de fin. II § 8.*

---

p. 121, 31.

lemma	16. hebes	*Cic. Acad. II.*

---

p. 122, 17. litt. I.

lemma	1. incuruiscere	*Cic. de orat. III § 154.*
	2. infinitatem	*Cic. Acad. IV § 118.*
	3. insanitas	*Cic. Tusc. I § 69.*
	4. infractionem	*Cic. Tusc. III § 14.*
	5. iuglandes	*Cic. Tusc. V § 58.*
	6. ingeneraretur	*Cic. Acad. III.*

---

p. 125, 11.

lemma	22. infestum	*Tull. de rep. III.*
	23. imbrices	Sisenn. hist. lib. III.
	24. impigritas	*Tull. de rep. III.*

---

p. 127, 33.

lemma	42. inanima	*Tull. de off. II § 11.*
	43. indolentiam	*Tull. de off. III § 12.*
	44. indicare	*Tull. de off. III § 62.*

---

p. 129, 30.

lemma	59. infinitio	*Cic. de fin. I § 21.*

---

p. 130, 14.

lemma	63. iactuose	*Cic. or. § 125.*
	64. incisim	*Cic. or. § 213.*
	65. importatum	*Cic. de or. I § 38.*
	66. infitiatores	*Cic. de or. I § 168.*
	67. insignite	*Cic. de or. II § 349.*
	68. inuitus	*Cic. de or. II § 364.*

---

p. 133, 33. litt. L.		
lemma 21.	lacessere	*Cic. or. § 62.*
		id. Tusc. V.
22.	lenitudine	*Cic. Tusc. IV § 43.*

---

p. 141, 13. litt. M.		
lemma 45.	maneum	*Tull. de fin. III § 30.*

---

p. 142, 10.		
lemma 53.	magniloquentia	*Cic. or. § 191.*
54.	ministratrix	*Cic. de or. I § 75.*
55.	male audiam	*Cic. de or. II § 305.*
56.	multitudo	*Cic. de or. III § 73.*
		idem in eodem.
57.	mulierositas	*Cic. Tuscul. IV § 25.*

---

p. 145, 13. litt. N.		
lemma 19.	nepam	Plautus.
		Tull. de fin. V § 42.

---

p. 147, 32. litt. O.		
lemma 16.	officere	*Tull. de off. III § 66.*

---

p. 148, 20.		
lemma 22.	occule	*Cic. de orat. II § 177.*
		Vergilius.
23.	opinabile	*Cic. Acad. I.*

---

p. 155, 9. litt. P.		
lemma 47.	praefractum	*Tull. de off. III § 88.*
		Tull. in Hortens.

---

p. 161, 19.		
lemma 89.	putidum	*Tull. de fin. V § 38.*

---

p. 162, 9.		
lemma 95.	petulantiam	*Cic. de or. II § 305.*
96.	pressu	*Cic. de or. III § 43.*
		intericiuntur Varroniana de uita p. Rom.
100.	purpurascit	*Cic. Acad. II.*

101. perpendiculi	*Cic. Acad. II.*
102. pingue	*Cic. Acad. IV.*
103. probatu	*Cic. Tusc. V § 1.*

p. 164. litt. R.

lemma 1. rotunde	*Cic. de fin. IV § 7.*
2. ruta	*Cic. de or. II § 226.*
	Vergil. Georg. I.
3. rauum	Cic. Acad. IV § 105.

p. 167, 27.

lemma 28. recentiorum	*Tull. de fin. II § 82.*

p. 170, 28. litt. S.

lemma 24. scripta	*Tull. in Hortens.*
25. succidiam	*Tull. de senect. § 56.*

p. 175, 26.

lemma 59. supplosionem	*Cic. de or. III § 47.*
60. superbiloquentiam	*Cic. Tusc. IV § 35.*

p. 176, 24.

lemma 67. surditatem	*Cic. Tusc. V § 116.*
68. simplicitus	Plaut. Mercat.
69. suscitabulum	Varro ὄνος λύρας.
70. similitas	Caecil. Syracus.
71. salebras	*Tull. de fin. II § 30.*
	idem lib. V.
	idem in orat.
72. sublestum	Plautus.
73. superlectiles	*Cic. or. § 39.*
74. scurrile	*Cic. or. § 80.*
75. sportas	Sallust. hist. II.
76. sode	*Cic. or. § 154.*
77. scopas	*Cic. or. § 235.*
78. sciuntur	*Cic. de or. II § 30.*

p. 180, 16. litt. T.

lemma 23. transenna	*Cic. de orat. I § 162.*
	Sallust. hist. II.
24. tironem	*Cic. de orat. I § 218.*

25. trutina	*Cic. de orat. II § 159.* Varro de uit. pop. Rom. lib. II.
26. turpari	*Cic. Tuscul. III § 45.*

p. 188, 20.

lemma 44. uoltuosum	*Cic. or. § 60.*
45. uerniculatim	*Cic. de orat. III § 171.*
46. uenalicii	*Cic. in or. Cornel.*
47. uocare	*Cic. de orat. I § 66.*
48. uerecundari	*Cic. de orat. III § 36.*
49. uersutiloquax	*Cic. de orat. III § 154.*
50. uncinatum	*Cic. Acad. IV § 121.*
51. uenditationem	*Cic. Tuscul. II § 64.*

Caput III.

p. 190, 31. litt. A.

lemma 6. admonitio	*Tull. de fin. V § 4.*
7. auditus	*Tull. de fin. V § 42.*

p. 193, 9.

lemma 18. aera	*Tull. in Hortens.*
19. acina	*Tull. de senect. § 45.*

p. 203, 7. litt. D.

lemma 2. decorem	*Tull. de deor. nat. II § 145.*
3. despectus	*Tull. de off. V § 38.*
4. dominatio	*Tull. de republ. lib. I.*
5. debitum	*Tull. pro Plancio.*

Caput V.

p. 430, 29.

lemma 34. iurgium et lis	*Tull. de rep. lib. IV.*
35. audacia	Sall. Cat. Verg. Aen.
36. merx et mercatura	*Tull. de rep. lib. III [IV].* Varr. Sexag. Serenus Opusc. Cic. Tuscul. lib. IV. idem de off.
37. superstitionis et religionis	*Tull. de deor. nat. lib. II.*

p. 435, 14.

lemma 52.	turpe et foedum	*Tull. de off. I § 123.*
53.	formae et figurae	*Tull. de off. I § 126.*
54.	dignitatem et uetustatem	*Tull. de off. I § 130.*

p. 437, 33.

lemma 65.	nocens	*Tull. de off. II § 51.*

p. 443.

lemma 85.	furor ab insania	*Cic. Tusc. III § 11.*
86.	confidentiae	*Tull. Tusc. III § 14.*
87.	inuidia	*Cic. Tusc. III § 20.* idem lib. IV.
88.	aegrotatio	*Cic. Tusc. III § 23.*
89.	iracundus	*Cic. Tusc. IV § 2.*
90.	laetari	*Cic. Tusc. IV § 66.*
91.	pernicitatem	*Cic. Tusc. V § 45.* Vergil. Georg. III.
92.	metum	*Cic. Tusc. V § 52.*

Caput VI.

p. 450, 14.

lemma 11.	dotatam	*Cic. de or. I § 231.*
12.	putidum	*Cic. de or. III § 51.*
13.	cinnos	*Tull. de or. III § 100.*

p. 463, 27.

lemma 89.	fastigia	Vergil. Georg. II. *Tull. de off. III § 33.*
90.	numerum	*Tull. de off. III § 50.*

Caput VII.

p. 471, 24.

lemma 26.	punitur	*Tull. de off. I § 88.* idem Tusc. lib. I.
27.	ruminat	Vergil. Bucol.
28.	fabricantur	*Tull. de off. I § 147.* Plaut. Asin. Cicero de or. III.

Caput VIII.

p. 495, 2.
lemma 98. teneritas — *Cic. de fin. V § 58.*

Caput XIV.

p. 541, 11.
lemma 27. carbasus — Vergil. Aen. lib. VIII.
idem lib. IX.
Tull. in Verr. de suppl. V § 30.
Varro de uit. p. R.
28. praetexta — *Tull. in Verr. de suppl. V § 36.*

p. 542, 19.
lemma 34. culcita — *Cic. Tusc. lib. III § 46.*

Caput XVII.

p. 550, 20.
lemma 4. menae . — *Tull. de finib. II § 91.*

p. 550, 25.
lomma 5. accipenser — *Cic. Tusc. III § 43.*
6. nasturcium — *Cic. Tusc. V § 99.*

Habemus igitur ordinum duo imprimis genera, quorum alterum exemplis conficitur quae o quattuor scriptis Ciceronis desumpta sunt his: de officiis, Hortensio, de senectute, de republica.[36]) alterum genus exemplorum e libris depromptum est his quattuor: oratore, de oratore, Academicis, Tusculanis dispp., qui libri Ciceronis esse ubique dicuntur.[37]) hac potissimum re Riesius excerpta e Ciceronis libris Nonio usui fuisse euincere sibi uisus est sic ratiocinatus: 'Für die Mueller'sche Annahme (qui ipsos testes quos adfert Nonium legisse negauit de re metr. p. 80) möchte eins in die Wagschale fallen: von den Ciceronischen Schriften theilt er die

36) nam libros de republica in eodem puto codice fuisse cum hos quoque ne uno quidem loco excepto usquequaque Tullio Nonius adscribat cumque in plerisque ordinibus continuo asserantur ceteris illis Tullii scriptis. ordines autem qui nullis nisi librorum de republica efficiantur exemplis in duobus tantum capitibus (I et V) inueniuntur.

37) paucissimis locis Tullii nomine adferuntur. libri de oratore in ordinibus qui extant p. 180, 28. 450, 25. dispp. Tusculanae 443, 11 Tullio uindicantur.

vier de officiis, Hortensius, de senectute, de finibus stets dem M. Tullius, die vier andern ebenso ohne Ausnahme dem Cicero zu. Bedenkt man nun die grenzenlose Dummheit des Nonius, so möchte man fast glauben, dass er dort 'excerpta ex M. Tullii' — hier 'excerpta ex Ciceronis' — benutzte und diese Namensverschiedenheit falsch deutete, e. q. s. (cf. symb. philol. Bonn. p. 484, 9) quae audacius eum disputasse censeo. quid enim si quis dicat codices ipsos operum Ciceronianorum inscriptos fuisse 'M. Tullii opera' et 'Ciceronis opera'? mihi quidem prorsus nil inde consequi uidetur nisi splendida inscitia ac stupor iste paene incredibilis cuius documentis liber Nonianus scatet. iam igitur hoc constabit Nonium ignorasse eundem esse et Tullium et Ciceronem, alioquin enim tam constanter ista nomina in singulis scriptis citandis nullo modo discreuisset. quid? talem homunculum qui tantas prae se ferebat ingenii angustias explanationes istas uocabulorum uel etymologias quamuis peruerse saepe factas non tamen sine acumine doctrinaque excogitatas ipsum inuenisse credideris? immo illud *non ut apud comicos* p. 177, 27 s. u. *sodes* multo magis doctrinam commentatoris quam Nonianum ingenium redolet. neque hoc adeo premere uolo quod ne in his quidem ordinibus desunt uestigia ea quibus Schottmuellerus cum de Plautinis ordinibus disputaret, commentarios perspicere sibi uidebatur. dico autem collocationem illam uocabulorum siue etymologia siue significatione affinium, ut *defloccare* et *depexum*. simile exemplum in Ciceroniano ordine p. 34, 15 extat. lemma enim *diuaricari* excipitur lemmate *uacillare*, alterius autem uocis notio ad alteram sat prope accedit ut facile qui de *diuaricandi* uocabulo aliquid notauerat ei occasio daretur attingendae synonymae notionis *uacillandi*. quae si recte disputauisse uidear, simul explicatum habeamus cur exemplum Tullii Phil. III § 31 illic potissimum positum sit cum totus ordo efficiatur exemplis e Ciceronis in Verrem orationibus depromptis. at quaeret quispiam quo commentario usus esse Nonius mihi uideatur. ad quod ut respondere possim excutiamus necesse est commentatorum reliquias. et comparaui quidem omnia cum Nonio, quae tamen inuenerim paucissima esse ne dicam nulla confitendum est. in eis autem quos forsitan adhibere potuerit Nonius primum numero Statilium Maximum quem

de singularibus apud Ciceronem positis scripsisse notum est (cf. Suringar. l. l. p. 201). adducor autem ad hanc suspicionem praecipue eo quod habet quo se commendet Graefenhani coniectura (hist. philol. ap. uet. IV p. 234) librum Statilii ex lexici rationibus compositum fuisse ut ueri simile sit Ciceronis singulariter dicta eum simili modo ac Nonium per singula capita digessisse. duo quidem uerba et ab Statilio et ab Nonio tractantur, ab hoc tamen non in ordine Ciceroniano, neque satis alterius expositio cum altero congruit, qua re ne hic quidem certi quidquam audeo statuere.

Charis. p. 217: *rarenter Cato, ut idem Maximus notat, pro raro.* cf. Non. p. 515, 23: *rarenter. Caecilius Pausimacho: 'edepol uoluntas homini rarenter uenit.'* e. q. s. cf. p. 164, 25.

Charis. p. 214: *pariter pro pariliter Cicero, ut Maximus notat.* e. q. s. cf. Non. p. 374, 31: *pariter ex aequo. Nouius Decuma* e. q. s.

Neque de Flauio Capro decerno ad quem supra explicui Noniana aliquot referri posse. Asinio autem Pollioni fortasse conicies nonnulla Nonium debuisse quippe qui in Ciceronis quoque scriptis operam collocarit atque ita ut grammaticas institueret quaestiones singulaque uerba eorumque formas in examen uocaret. sed quia exilia eius fragmenta cum Ciceronianis apud Nonium ordinibus non conspirant, ne de hoc quidem res liquet. ne quid tamen omittamus similitudines ascribamus cum Festo, Varrone, Charisio, aliis.

Non. p. 41, 10. *reserare, aperire. a sera dictum qua remota ualuae patefiunt. M. Tullius* e. q. s.

Fest p. 282. *[reserari . . . . ait] dici ab eo quod de[mota sera a ianuae card]ine patefiant [fores: inde quae patefacta et] declusa sint re[serata dici. serae] namque dicuntur fustes [qui opponuntur clausis] foribus.* e. q. s.

Non. p. 66, 10. *manum dicitur clarum; unde etiam mane, post tenebras noctis diei pars prima. inde Matuta quae Graece Leucothea. nam inde uolunt etiam deos Manes manes appellari id est bonos ac prosperos, quod melior mors sapientioribus quam uita probetur.* e. q. s.

Paul. p. 125. *mane a diis manibus dixerunt. nam mana bona dicitur unde et mater Matuta et poma matura.* cf. ib. p. 122 *matrem Matutam.* cf. Varr. de l. l. VI § 4.

Non. p. 92, 23. *cauillantur ut iocantur.* e. q. s.
Paul. p. 45. *cauillatio et iocosa calumniatio.*

Non. p. 121, 31. *hebes positum pro obscuro et obtuso.*
Paul. p. 100. *hebes retusi acuminis.*

Non. p. 145, 13. *nepam quidam cancrum putant. Plautus: 'retrouorsum cedam, imitabor nepam.'* e. q. s.
Fest. p. 165. *[nepa Afrorum lingua] sidus, quod dicitur a nostris c[ancer uel ut quidam] scorpios. Plautus in Casina: ['recessim dabo me] ad parietem; imita[bor nepam.']*

Non. p. 42, 15. *occationem ab occaecatis seminibus qua id efficitur dici M. Tullius uoluit de senectute: 'sparsum semen accipit, primum id occaecatum cohibet; ex quo occatio quae hoc efficit nominata est.'*
Fest. p. 181. *occare et occatorem Verrius putat dictum ab occaedendo, quod caedat grandis globos terrae: cum Cicero uenustissime dicat ob occaecandas fruges satas.*

Non. p. 177, 26. *sodes, non ut apud comicos, sed si audes.* e. q. s.
Fest. p. 297. *sodes si audes uti si[s pro si uis et illico] pro in loco. Terentius* e. q. s.

Non. p. 471, 29. *ruminat. Vergilius in Bucolicis* e. q. s.
Prisc. p. 397, 2. *rumino et ruminor.*

Non. p. 59, 27. *meridies manifeste medius dies.* e. q. s.
Varro de l. l. VI § 4. *meridies ab eo quod medius dies.*

Non. p. 488, 20. *poematis. M. Tullius de officiis* e. q. s.
Charis. p. 53, 12. *Romanus poematis refert quamuis ratio poematibus faciat. nam et Varro* e. q. s.

DE AFRANIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 28, 25.

lemma 109. mulierosi	*Afran. Vopisco.*
110. flagriones	*Afran. Vopisco.*
111. edulia	*Afran. Priuigno.*
112. merenda	*Afran. Fratriis.*

Caput II.

p. 73, 28. litt. A.

lemma 39. assestrix	*Afran. Fratriis.*
40. atri dies	*Afran. Fratriis.*

p. 103, 10. litt. E.

lemma 11. extrarium	*Afran. Suspectis.*

p. 124, 17. litt. I.

lemma 16. insolum	*Afran. Crimine.*
	Afran. Virgine.
17. inibi	*Afran. Materteris.*
	Caecilius Plocio.
	Pacuuius Iliona.

p. 174, 30. litt. S.

lemma 53. speratum	*Afran. Fratriis.*

Caput V.

p. 433, 25.

lemma 44. morata	*Afran. Vopisco.*
	M. Tull. de senect.
	Plaut. Aulul.
45. inter uegetem	
46. profesti et festi	*Afran. Priuigno.*
47. quaerere	*Afran. Fratriis.*

Caput VIII.

p. 493.

lemma 79. effigia	*Afran. Vopisco.*
80. intemperie	
81. poematorum	*Afran. Priuigno.*
	Plaut. Asin.

Caput XIII.

p. 535, 30.
lemma 14. cymba — *Afran. Excepto.*
M. Tull. de off. lib. III.

Re uera hos esse ordines ex eis apparet quae de compositione praemisimus. uix tamen continget ut certi quidquam expedias neque ex ipsa ordinum compositione neque ex similitudine siue mauis dissimilitudine trium lemmatum cum aliis scriptoribus.

Non. p. 28, 32. *merenda dicitur cibus post meridiem qui datur.*
Paul. p. 123. *merendam antiqui dicebant pro prandio quod scilicet medio die caperetur.* cf. Varr. de l. l. VI § 4.

Non p. 28, 25. *mulierosi dicti mulierum appetentes.*
Gell. N. A. IV, 9 ita de eodem uerbo disputat ut nulla cum Nonio appareat communio.[38])

Non. p. 493, 6. *poematorum pro poematum.* e. q. s.
Charis. p. 42, 32. *dicimus enim poematum et poematorum.* e. q. s.

DE VERGILIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 30, 4.

lemma 118.	antes	*Vergil. Georg. II, 417.*
119.	camerum	*Vergil. Georg. III, 55.*
120.	immune	*Vergil. Georg. IV, 244.*
		M. Tull. Phil. I.
121.	dirum	*Vergil. Georg. III, 468.*
		idem in Aen. IV.
		M. Tull. de senect.
122.	exordium	*Vergil. Aen. IV, 284.*
		M. Tull. Hortens.
		Lucil. Sat. lib. XXVIII.
		Cicero Tim.
		Varro ὄνος λύρας.

38) cf. Mercklin, A. Gellii noctium Att. capita quaedam ad fontes reuocata. ind. lect. Dorp. 1861. p. 15.

123. inops	*Vergil. Aen. VIII, 100.*
	idem Georg. I.
	Terent. Adelph.
	M. Tull. de off. II.

Caput II.

p. 103, 13. litt. E.	
lemma 12. errabundus	*Vergil. Buc. VI, 55 sqq.*
p. 110, 20. litt. F.	
lemma 13. friget	*Vergil. Aen. VI, 219.*
p. 125, 27. litt. I.	
lemma 25. inconsulti	*Vergil. Aen. III, 452.*
26. inluuies	*Vergil. Aen. III, 593.*
	Lucilius Sat. lib. XXX.
	Varro Manio.
	Lucilius Sat. lib. XXVI.
p. 143, 21. litt. N.	
lemma 6. numen	*Vergil. Aen. II, 396.*

Caput III.

p. 191, 14. litt. A.	
lemma 8. artus	*Vergil. Georg. III, 84.*
	Plaut. Menaechm.
9. angues	*Vergil. Georg. II. 203.*
	idem lib. V.
	Naeuius Lycurgo.
	Lucilius Sat. lib. XXVI.
	Plaut. Amph.
	Varro Atacinus.
10. Acherontem	*Vergil. Aen. VI. 106.*
	Plautus Captiuis.
11. amnem	*Vergil. Georg. I, 141.*
	Plaut. Mercat.
	Naeuius Lycurgo.
	Attius Epinausim.
	idem Epigonis.
	Varro Peripl. lib. I.

p. 200, 1. litt. C.		
lemma 35.	calor	*Vergil. Georg. II, 344.*
		Plaut. Mercat.
36.	caseus	*Vergil. Bucol. I, 35.*
		Nouius Macco.
		Plautus Medico paras.

---

p. 211, 24.		
lemma 10.	labrusca	*Vergil. Buc. V, 7.*
		idem Culice.
11.	liba	*Vergil. Bucol. VII, 33.*
		Nigid. Fig. de dis.

Caput VI.

p. 459, 26.		
lemma 63.	nidos	*Verg. Georg. IV, 16.*
64.	imbres	*Vergil. Georg. IV, 114.*
65.	pecudes	*Vergil. Georg. IV, 327.*
		Varr. Sexag.
66.	pacem	*Vergil. Georg. IV, 168.*
		idem Aen III.
67.	profundum	*Vergil. Aen. I, 58.*
68.	procacitatem	*Vergil. Aen. I, 536.*
69.	putidum	Cic. or.
70.	deuotum	*Vergil. Aen. I, 712.*
71.	reos	*Vergil. Aen. V, 237.*
72.	dapes	*Vergil. Aen. III, 630.*
		idem Bucol.
73.	domum	*Vergil. Aen. VI, 81.*
		idem Georg. II.
74.	incestum	*Vergil. Aen. VI.*
75.	reuocare	*Vergil. Aen. IX, 124.*
76.	murices	*Vergil Aen. VI.* [*V, 205.*]
77.	dentes	Vergil. Georg. II, 406.
		Vergil. Aen. VI, 3.

---

p. 464, 6.		
lemma 91.	feruor	*Vergil. Georg. I, 455.*
92.	templum	*Vergil. Aen. IV, 457.*
93.	uestigia	*Vergil. Aen. V, 566.*

94. parere	Caecilius.
	Homerus.
	Vergil. Aen. XI, 24.
95. uiros	*Vergil. Bucol. VII, 7.*
	idem Georg. III.
96. grundire	Laberius Sedig.
	Claudius lib. XVI.
	Caecilius Imbris.
97. insaniam	*Vergil. Bucol. IX, 43.*

Caput XVI.

p. 549, 15.

lemma 8. murex	*Vergil. Bucol. IV, 43.*
	idem Aen. IV.
9. luteus	*Vergil. Bucol. IV, 43 sq.*
	idem Aen. VII.

Caput XVIII.

p. 555, 8.

lemma 18. peltae	*Vergil. Aen. I, 490.*
19. gesae	*Vergil. Aen. VIII, 661.*
	Varro de uit. p. R. III.
20. phalarica	*Vergil. Aen. IX, 705.*
	Ennius.
21. sparum	*Vergil. Aen. XI, 682.*
	Varro Meleagr.
	Sisenna hist. lib. III.
22. ballistae	Lucil. Sat. lib. XXVIII.
	Sisenn. hist. lib. IV.
23. uenabulum	*Vergil. Aen. IX, 553.*
	Varro ὄνος λύρας.
24. conti	*Vergil. Aen. IX, 510.*

Iusto commentario Nonium usum esse negare quispiam possit, quoniam saepius ordo uersuum quo apud poetam leguntur, uiolatus est. sed supra disseruimus quo modo haec difficultas expedienda sit ut non obstet quominus commentarium Nonio usui fuisse arbitremur. unde tamen Vergiliana hausta sint cum ex ipsa libri Noniani ratione uidissem me enucleare non posse, operae non parcendum ratus collatis

cum Nonio omnibus quaecunque inueni fragmentis interpretum Vergilii ueterum efficere aliquid studui. qua in re magno auxilio mihi fuere praeclara Ribbeckii prolegomena Vergiliana. multum quidem frustra laborem sumpseram, quasdam tamen inueni similitudines neque indignas opinor quas hic proponam. conspirant autem nonnusquam Noniana cum libris reliquiisue interpretum horum: Iulii Modesti, Aemilii Aspri, M Valerii Probi, Velii Longi, Caesellii Vindicis, Helenii Acronis, Seruii, Philargyrii. quorum si qui forte Nonio recentiores sunt non tamen inutile est commentarios eorum conferre cum Nonio utpote et ipsos e uetustis auctoribus deductos, quamquam de Vergilianorum commentatorum fontibus quaerenti multa etiam nunc in tenebris iacent.

De Iulio Modesto.

Perpetuo quidem commentario num Modestus Vergilii carmina persecutus sit ignoramus, tamen constat libris suis eum ad Vergilianorum carminum interpretationem aliquantum contulisse. Philargyrius autem Modesti haec tradidit ad Georg. III, 53: '*crurum tenus.*' *hic autem tenus genetiuo suo crurum apposuit: alibi ablatiuo, ut pube tenus. Modestus tenus pro fine accipit. Sallustius:* '*fine inguinum ingrediuntur mare*', quibus Ribbeckius probauit Iulium Modestum neque Aufidium illum indicari. iam audi Nonium in extrema parte longissimae de *protinus* uocabulo expositionis (p. 375, 29 — 377, 34): *at ipsum hactenus, licet ut praepositionem acceperit ita significatione narietur, tamen maxime finem terminumque designat. Vergilius in Georgicon libro II:* '*hactenus aruorum cultus et sidera caeli*'. *idem Vergilius lib. X* . . e. q. s. *idem libro II* . . . e. q. s. *idem Vergilius in Georgicon III:* . . '*et crurum tenus a mento palearia pendent.*' e. q. s. instituisse autem eiusmodi quaestiones Modestum luculenter apparet ex Charis. p. 101, 1. p. 125. p. 73. p. 204, 21. qua re probabilis est Ribbeckii coniectura Nonium ex Modesti copiis hausisse. neque contra hanc sententiam facit quod titulum nouimus libri alicuius Modestiani *confusae quaestiones* (cf. Gell. N. A. III, 9) ex quo perspici uidetur composuisse Modestum opus Gelliano simile a Nonio fortasse eodem modo descriptum atque Gellianum. accedit denique quod si uniuersam Nonianae in illo lemmate expositionis copiosae rationem respexeris,

summopere eam redolere librum aliquem animaduertes in quo peculiariter actum fuerit de *protinus* uoce. qua in re quid ueri est similius quam Nonium auctore usum esse Gellii consimili? haec autem si recte disputata sunt, ne alia quidem Nonium Modesto accepta referre negabimus. ceterum de *protinus* uocabulo conferas Charisium aliter exponentem p. 211, Paulum p. 226, Varronem de l. l. VII § 107, quem ipse Nonius adfert testem.

De Aemilio Aspro.

Duo habemus indicia quibus Aspri quoque doctrinam Nonium adsectatum esse cognoscatur.

Non. p. 404, 21. *sedet significantiam habet claram. Vergilius lib. IX: 'Turnus sacrata ualle sedebat.' sedet placet. Vergilius lib. V: 'idque pio sedet Aeneae probat auctor Acestis.'*

Atque Asper quidem ex eis quas ad Verg. Aen. IX, 4 proposuit *sedebat* uerbi significationibus simplicissimam elegit, nempe *erat* (cf. Ribbeckium l. l. p. 133. Seru. in Aen. IX, 4. I, 56.).

Non. p. 547, 18. *sinum et galeolas, uasa sinuosa. Vergilius lib. VII 'sinum lactis et haec de liba Priape quotannis Expectare sat est.' Varro de uita populi Romani lib. I: ubi erat uinum in mensam positum aut galeola aut sinu.*

Asprum de *sino* exposuisse scholion Veron. docet ad Verg. eclog. VII, 33 *sinum lactis. Asper: sinum est uas uinarium, ut Cicero significat, non ut quidam lactarium. Plautus in Curculione: 'cedo puere sinum' et respondetur: 'quasi tu lagenam dicas in qua Chium uinum solet esse'. sinum ergo uas patulum ... e sinus uocitatum. hic autem sinus lactis uas quodcunque lacte onustum. Varro de uit. pop. Rom.: 'lepistam uas dicebant ubi erat uinum in mensa positum aut galeolam aut sinum'* o. q. s. sed dubito num ab Aspro Nonius sua sumpserit. Priscianus enim p. 263 idem Vergilianum, idem Varronianum, denique Plauti Curcul. I, 1, 82 adferens eum e Plinio hausisse uideatur, nescio an rectius Nonium e Plinii auctorumue eius doctrina pendere statuamus.

De M. Valerio Probo.

Is grammatica sua praecepta utrum continuo Vergilii commentario an alio libro grammatico protulerit cum dubitationi etiam nunc obnoxium sit, aptius de hoc Nonii auctore infra dicetur.

De Flauio Capro.

Supra strictim dixi e Capri copiis singula quaedam peruenisse ad Nonium. cum tamen lemma aliquod quo Vergilius citatur testis, et ipsum ad Caprum redire uideatur, tribus uerbis hic quoque de eo agendum est, quamquam iustum commentarium ab eo abiudicauerunt. quae autem in Vergilianis ordinibus concinunt cum Capri fragmentis haec sunt:

Non. p. 196, 20. *clipeus generis masculini. Vergilius; 'ardentius clipeos atque aera micantia cerno,' neutro Vergilius [IX, 709]: 'et clipeum super intonat ingens.' Licinius in Marte: 'pars magna leuius clipea portant.' Laberius Sororibus: 'huc uoluit clipeus contra peluem proici.'*

Seruius ad Verg. Aen. IX, 709: *aut ipse ingens clipeum super ipsum tonat; nam lectum est etiam hoc clipeum, ut probat Caper, quod magis debemus accipere. nam Homerum imitatus est, qui ait 'ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.'*

Charisius (cuius Ribbeckius nullam fecit mentionem) simillime de eodem uocabulo p. 77 exposuit secutus Iulium Romanum[39]) qui praecipue Plinium et Caprum in usum uocauit.[40]) cum autem Charisium aut potius Iulium Romanum de *clipeus* uocabulo expositionem Plinio acceptam referre optimo iure Schottmuellerus negauerit[41]), Charisii quoque de illa uoce praeceptum ad Caprum reuocandum est. — Num Nonius in *explere* lemmate p. 298, 12 Vergilianum exemplum (VI, 545) Capro debeat, ut Ribbeckius existumat, dubitare licet.[42])

---

39) cf. Schottmueller de Plinii sec. libris gramm. p. 20 sqq.

40) cf. ibid. p. 32. locus Seruianus quam recte Schottmuellerus disputauerit documento est.

41) l. l. p. 43 in adnotatione.

42) cf. Seru. ad Verg. Aen. VI, 545.

De Velio Longo.

Admodum similis Nonii expositio de *ferus* uocabulo (p. 307, 13) Velii explicationi qui apud schol. Veron. ad Aen. VII, 489 sic ait: '*pectebatque ferum*'. *Longus.* .... *admodum in consuetudine intellegitur. neque enim poterat esse ferus de quo supra dixit 'adsuetum imperiis'* e. q. s. *ferum quodammodo et de equo in II: 'inque feri curuam compagibus aluum contorsit.'* cf. Nonium p. 307, 13: *ferus significat seuerus. Vergilius in Aen. II* e. q. s. *ferus iterum equus. Vergilius Aen. lib. II; 'inque feri curuam compagibus aluum contorsit.' Attius Medea:* . . e. q. s. *ferus item significat ceruum. Vergilius lib. VII: pectebatque ferum.'* e. q. s.[43])

Non. p. 33, 17: *ignauum et segne, torpidum feriatum et sine igni.* cf. schol. Veron. in Verg. Aen. IV, 149: *Longus siquidem segnis est sine igni.*

De Caesellio Vindice.

Hic cum non tam perpetuo commentario quam singulis per singulas 'lectionum suarum antiquarum' litteras locis Vergilium tetigisse uideatur, aptius infra de eo disputabitur praesertim cum in lemmatis quae a Caesellio in Nonii lexicon defluxisse putanda sunt, Vergilii mentio facta sit nulla.

De Helenio Acrone.

Ab hoc quidem uix sua sumpsisse Nonius uidetur quippe qui multo copiosius disputauerit de mutata declinatione et de indiscretis aduerbiis. legimus enim apud Charisium p. 130, 10: *Terentius Adelphis: 'nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab his fero.' ubi Helenius Acron 'et huius fructuis ut senatuis ueteres extulerunt.'* quibuscum si contuleris Nonii expositionem p. 491, 5 ab ipso Helenio testimonia sua habuisse illum aegre credideris, immo si multum concedas hoc forte tibi persuadeatur Nonium ex eisdem libris quibus Charisius Acronis mentionem debebat, Palaemonem dico

---

43) cf. Ribbeckii prolegomena Vergil. p. 170 adn. 5.

Iuliumque Romanum, ueterem doctrinam accepisse. neque multo aliter sentiendum uidetur de *duriter* lemmate (Non. p. 512) collato cum Charisio p. 197. sic enim Nonius: *duriter pro dure. Terentius in Andria: 'primo haec pudice uitam parce ac duriter habebat.' Nouius Zona*: e. q. s. *Afranius Priuigno*: e. q. s. *Ennius Phoenice: 'quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.' Caecilius Fallacia:* e. q. s. Charisius ita: *duriter Terentius in Adelphis: 'ruri agere uitam, semper parce ac duriter sese habere.' ubi Acron 'secundum antiquorum' inquit 'consuetudinem'. nam et Ennius in Phoenice 'quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.'*

De Mauro Seruio Honorato.

Multa in eius commentariis inueniuntur satis consonantia cum Nonianis; omnia tamen haec ascribere et longum uidetur et parum utile. sat est si saepissime et Seruium et Nonium ab eisdem auctoribus siue ipsis siue per alios commodatis adiumentum petiisse scias. quamquam accuratius de hac re tum demum iudicare licebit cum Seruii fontes ab omni parte indagati erunt. hoc uero cum ad liquidum perductum sit Probi non minus quam Plinii copias in usum uocasse Seruium, supra iure nostro nobis uidebamur coniecisse Nonii de contrariis uerborum generibus expositionem ad hos potissimum grammaticos redire. neque Caprum Seruius uidetur aspernatus esse quippe qui de uerborum dubio genere explicans testem eum adferat ad Verg. Aen. X, 377: *Caper tamen in libris dubii generis probat dici et hic obex et haec obex.* cum igitur Seruiana de eiusmodi rebus expositio cum Noniana frequenter concinat, nouo elucet testimonio quam recte antea statuerimus commentatores quibus usus est Nonius ex eodem Capro uel Plinio uel Probo hausisse. exempla sunt Non. p. 194 *bubo* et Seru. in Aen. IV, 462. Non. p. 199, 18 *calx* et Seru. in Aen. XI, 713. Non. p. 199, 24 *cortex* et Seru. in Bucol. IV, 63 multa alia. de contrariis generibus uerborum praeter alia ad Aen. I, 4 Seruius haec tradidit: *constat multa in auctoribus inueniri per contrarium significantia pro actiuis passiua. ut: 'pictis bellantur Amazones armis' pro bellant. pro passiuis actiua ut: 'populatque ingentem farris*

acervum' pro populantur. cui adnotationi digna sunt quae conferas lemmata Noniana *bellantur* p. 472, 9: *bellantur pro bellant. Vergilius lib. X: 'et pictis bellantur Amazones armis.'* et *populat* p. 471, 15: *populat est et passiuum populatur. Vergilius Georg. lib. I: 'populatque ingentem farris aceruum Curculio.'* e. q. s. cf. Seru. in Georg. I, 184. in Aen. VII, 273. sed ut paucis demonstrem quantopere etiam alibi conueniat inter utrumque, haec ascribam: Non. p. 421, 8 *cupido et amor idem significare uidentur; et est diuersitas. cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii. Plautus Bacchidis: 'cupidon' tecum saeuis anne amor?' idem Curculione discreuit et uim eiusdem diuersitatis expressit dicens: 'quod Venus Cupidoque imperat suadetque Amor.' Afranius in Omine: 'amabit sapiens, cupient ceteri.'* iam audi Seruium ad Aen. IV, 194: *cupidinem ueteres immoderatum amorem dicebant. Afranius Neaera: 'alius est amor, alius cupido; amant sapientes, cupiunt ceteri.' Plautus cum distinctione posuit: 'cupidon' te conficit anne amor?' quod intellegitur uehementer illam amare uel impatienter. ipse alibi: 'quam Venus cupidoque imperat suadet amor.'* e. q. s. sic etiam eandem significationem uerborum eisdem exemplis utrumque probasse uidebis. cf. Non. p. 238, 31 et Seru. in Verg. Aen. V, 187. Non. p. 240 et Seru. in Aen. I, 676. III, 353. Non. p. 243, 17 et Seru. in Aen. IV, 71. Non. p. 4 et Seru. in Aen. VI, 222. ubi Seruius quin de eodem exemplo Plautino cogitauerit ac Nonius nequaquam dubito. Non. p. 554 *ancile* et Seru. in Aen. VII, 188. Non. p. 522 *apud* et Seru. in Aen. I, 24. sed haec quamquam multis aliisque possunt augeri sufficiunt.

De Philargyrio.

Si leuiores eius cum Nonio similitudines (ut Non. 312 *fetum* et Phil. ad Verg. Georg. III, 176. Non. 503 sq. *lauit* et Phil. ad Verg. Georg. III, 221 cet.) dempseris, unum grauioris momenti relinquitur commentum in Verg. Georg. II, 344: *fuit autem prior lectio frigus calorque. ut Plautus: 'neque frigus neque calorem metuo neque uentum neque grandinem.'* cf. Non. p. 200, 2: *calor generis masculini. Vergilius Georg. lib. II. [344]: 'si non tanta quies*

iret frigusque caloremque inter.' neutri *Plautus Mercatore: 'neque frigus neque calorem metuo.'* uterque cum et idem isdem exemplis probauerit et in libro suo recentiorem illam apud Vergilium lectionem *[caloremque]* deprehenderit, non dubito astipulari Buechelero (noui musei rhen. uol. XV p. 442) et Ribbeckio (l. l. p. 211) ex eodem commentario utrumque hausisse suspicantibus. e quonam tamen hauserint, priusquam de fontibus Vergilianorum interpretum tenebrae omnes excesserint uix quisquam diuinabit.

DE TERENTIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS

p. 31.

lemma	124. defrudare	*Terent. Phorm. I, 1, 9.*
		Plaut. Asin.
	125. sudum	Vergil. lib. VIII.
		Plaut. Milite.
		Lucil. Sat. lib. XXIX.
	126. inritare	Lucil. Sat. lib. I.
		Terent. Phorm. V, 8, 39.
		Vergil. lib. X.
		Sall. hist. I.
	127. ablegare	*Terent. Hecyra III, 3, 53.*
	128. arcanum	Vergil. Aen. lib. IV.
	129. tormines	Cic. Tusc. II.
		idem lib. IV.
	130. monumenti	M. Tull. ad Caes.
		Vergil. lib. V.
	131. riuales	*Terent. Eun. II, 3, 62.*
	132. gestire	*Terent. Eun. III, 5, 10.*
		Verg. Georg. lib. I.
	133. inuolare	*Terent. Eun. IV, 3, 6.*
		Lucil. Sat. lib. XXX.
	134. propinare	*Terent. Eun. V, 8, 57.*
		Enn. Sat. lib. III.

Caput II.

p. 87, 29. litt. C.	
lemma 48. conuasare	*Terent. Phorm. I, 4, 13.*
p. 103, 22. litt. E.	
lemma 14. emulgere	*Terent. Phorm. III, 4, 1.*
15. effutire	*Terent. Phorm. V, 1, 8.*
	Cic. Tusc. lib. V.
	Lucretius.
p. 117, 29. litt. G.	
lemma 21. genium	*Terent. Phorm. I, 1, 9.*
	Lucil. Sat. lib. XXVI.
p. 165, 4. litt. R.	
lemma 9. ringitur	*Terent. Phorm. II, 2, 27.*
10. riscus	*Terent. Eun. IV, 6, 16.*
	Ennius Androm.
p. 175. litt. S.	
lemma 54. screare	*Terent. ἑαυτὸν τιμ. II, 3, 132.*

Caput VIII.

p. 493, 12.	
lemma 82. cautio	*Terent. Andr. II, 3, 26.*
83. acritas	Attius Neoptol.
84. largitas	*Terent. Adelph. V, 9, 28.*
85. dextrabus	Laber. Odyss.
86. curatura	*Terent. Eun. II, 3, 25.*
	Cic. Tusc. lib. I.

Ordines pauciores sunt quam ut adfirmare quidquam de auctoribus contigerit. neque enim collatis eorum commentatorum quos adhibere potuerit Nonius reliquiis atque ceterorum grammaticorum libris lucem huic quaestioni adferes. verum quae congruunt inter se ea ascribamus quamuis et pauca et tenuia.

Non. p. 32, 4. *arcanum dicitur secretum uel absconditum; quod quae in arcis sunt caelata sunt et abscondita. Vergilius Aen. lib. IV* e. q. s.

Paul. p. 16. *arcani sermonis significatio trahitur ab arce quae tutissima pars est urbis siue a genere sacrificii quod in arce fit ab auguribus adeo remotum a notitia uulgari ut ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur; siue ab a r c a i n q u a q u a e c l a u s a s u n t t u t a m a n e n t cuius ipsius origo ab arcendo pendet.* cf. Varr. de l. l. V, § 128. Seru. in Verg. Aen. I, 262.

accedit quod dubitare licet num omnino lemma *arcanum* ad Terentianum ordinem pertineat. caret enim exemplo Terentiano neque incredibile uidetur hanc glossam e Vergilii commentario aliquo repetitam esse cum praesertim idem adferatur Vergilianum ad quod Seruius adnotauerat. (Aen. I, 262.)

Non. p. 32, 28. *gestire significat laetum esse dictum a gesticulis faciliorihus. Terentius Eunucho* c. q. s. *Vergilius Georg. lib. I. [387].*

Paul. p. 96. *qui subita felicitate exhilaratus nimio corporis motu praeter consuetudinem exultat.* cf. Seru. in Verg. Georg. I, 387.

hic quoque conceditur dubitatio an e Vergiliano potius commentario posterius testimonium assutum sit quam e Terentiano.

DE VERBORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 39, 21.

lemma	175.	* incoxare	Pompon. Pannuc.
	176.	condepsere	Homer. Odyss.
			Pompon. Nuptiis.
	177.	* uituperare	Terentius Andria.
	178.	ordire	Attius Amphitr.
			Afran. Suspecta.
	179.	pilare	Afran. Compital.
			Nouius Exodio.
	180.	populare	Pacuuius Chryse.
			Terentius Phorm.
	181.	rabere	Varro idem Atti quod Titi.
			Caecil. Hypobolimaea Rastraria.

182. supersedere	Turpilius Pedio.
	Plautus Epidico.
	Sisenn. hist. lib. IV.
183. titinnire	Afranius Vopisco.
	Nigidius lib. XVIII.
184. uerminari	Pompon. Hirnea Pappi.

Caput II.

p. 74. litt. A.

lemma 51. accepso	Pacuuius Teucro.
52. adauctauit	Attius Aeneadis.
53. adauxint	Plaut. Aulul.
54. affectare	Plaut. Bacch.
55. adiugare	Pacuuius Chryse.
	idem Iliona.
56. aedituor	Pompon. Aedituo.
57. aeternare	Varro rerum hum. lib. II.
58. albicatur	Varro Caue canem.
59. abscondit	Caecil. Exule.
	Pompon. Maccis Geminis.
60. attigat	Turpilius Leucadia.
	Attius Erigona.
	Plaut. Bacch.
61. augificat	Enn. Androm.

p. 78, 24. litt. B.

lemma 6. bacchari	Vergil. Georg. lib. II.
	Santra Nuntiis Bacch.
7. blaterare	Afranius Augure.
	idem Incendio.
8. bount	Pacuuius Medo.
	Vergil. Georg. lib. III.
	Varro Parmenone.

p. 89. litt. C.

lemma 58. congenuclare	Caelius Annal. lib. VII.
59. causari	Attius Medea.
	Afran. Emancip.
	Pacuuius Arm. iud.
60. celebrescat	Attius Diomede.

61. coepere	Caecil. Hypob. Rastr.
	Plaut. Menaechm.
	Plaut. Trucul.
62. certissant	Pacuuius Chryse.
63. celebre	Attius Aegysth.
64. calliscerunt	Cato de bell. Carth.
65. commentare	Nouius Bubulco Cerdone.
	Afranius Virgine.
66. concaluit	Tullius ad Atticum.
	idem de deor. nat.
67. conciere	Attius Medea.
	Afran. Depos.
	Ennius Duloreste.
68. conglomerare	Ennius Titthe.
69. congermanescere	Quadrig. Annal.
	Varr. rerum hum. lib. III.
70. colabella	Laber. Annal.
71. cymbalissare	Cassius Hemina lib. III.
72. concinnare	Naeu. bell. Pun. lib. IV.
73. catullire	Laber. Lacubalerna.

p. 97, 14. litt. D.

lemma 23. danunt	Pacuuius Iliona.
	Plaut. Pseudulo.
	Naeuius b. Pun.
	Caecil. Plocio.
24. deamare	Afran. Vopisco.
25. decollare	Caecil. Notho Nicasione.
26. degulasse	Afran. Brundisinis.
27. delectare	Enn. Thyeste.
	Quadr. Annal. III.
28. delica	Attius Achill.
29. deuorare	Attius Aenead.
30. dignet	Pacuuius Iliona.

p. 104. litt. E.

lemma 18. exponere	Cic. Acad. lib. II.
19. expetunt	Pacuu. Iliona.
20. expalpere	Plaut. Poenul.
	Pompon. Collegio.
	Plaut. Vidul.

21. expergo	Attius Antig.
	Santra Nuntiis Bacch.
22. extrabunt	Afran. Auctione.
p. 110, 29. litt. F.	
lemma 16. fligi	Liuius Aegisth.
	Attius Epinaus.
	Attius Aegisth.
17. fragescere	Attius Aegisth.
	idem Eurysace.
18. fuam	Pacuu. Duloreste.
	Titinius Fullonia.
	Liuius Herm.
	Afran. Prom.
	Ennius Hectoris lytris.
p. 118, 12. litt. G.	
lemma 25. grauidauit	Caecil. Titthe.
p. 121, 12. litt. H.	
lemma 12. hilaresco	Varro Epist. Lat. lib. I.
13. hostire	Pacuu. Teucro.
	Pacuu. Erotopaegnion lib. II.
p. 126, 10. litt. I.	
lemma 30. ientare	Afran. Bucc. adopt.
	Plaut. Curcul.
	Afran. Crimine.
	Varro Marcipore.
31. ignauit	Attius Aenead.
32. inaudire	Tullius ad Pansam lib. I.
	Nouius Maliuol.
	Pacuu. Armor. iud.
	Afran. Diuortio.
33. infelicitent	Caecilius Nauclero.
	Plaut. Poenul.
34. iniquat	Laber. Nupt.
35. integrare	Vergil. Georg. lib. IV.
	Attius Anten.
	Pacuu. Chryse.
	Sisenn. hist. lib. IV.

36. irascere	Pompon. Citharista.
	Nigid. Comment. gramm. lib. IX.
p. 133, 6. litt. L.	
lemma 14. latibulet	Naeuius Erotop.
	Publilius Putatoribus.
15. lupari	Atta Aquis caldis.
	Lucil. Sat. lib. V.
p. 138, 27. litt. M.	
lemma 28. mendicarier	Plaut. Vidul.
	idem Aulul.
29. mertaret	Attius Anten.
30. muginari	Lucil. Sat. lib. VII.
p. 144, 6. litt. N.	
lemma 8. neuult	Titinius Setina.
	Plaut. Trinummo.
9. nigret	Pacuu. Chryse.
	Attius Bacch.
10. nitidant	Ennius Cresphonte.
	Attius Theb.
11. nixurire	Nigid. Comm. gramm. lib. XXV.
12. notificem	Pompon. Atreo.
p. 147. litt. O.	
lemma 8. offendo	Afran. Vopisco.
9. olat	Afran. Fratr.
	Pompon. Aleonibus.
10. obsorduit	Caecil. Hypobol. Rastr.
11. obstringillare	Enn. Sat. lib. II.
	Varro Manio.
	idem de re rust. lib. I.
	idem de uit. pop. R. lib. IV.
12. obuarare	Enn. Achill.
p. 153, 16. litt. P.	
lemma 36. parcuit	Naeuius Quadr.
37. perbitere	Pacuu. Periboea.
	Titinius Fullonia.
	Liuius Tereo.
	Ennius Hecuba.

38. pigrare	Attius Erigona.
	idem Chrysipp.
39. prouidere	Pacuuius Teucro.
40. puellascere	Varro Bais.

---

p. 165, 20. litt. R.

lemma 13. redostit	Attius Amph.
	idem Didasc. lib. II.
14. repuerascere	Nouius Agricola.
	M. Tull. de orat.
	idem de senect.
	idem de senect.
15. rhetorissat	Pompon. Medico.
16. ramices	Plaut. Mercat.
	idem Poenul.
	Varro Τριοδ. τριπ., περὶ ἀρετῆς κτήσεως.
	Lucil. Sat. lib. IX.
	Varro Gerontod.
17. ruspari	Attius Nyctegresia.
	idem Meleagro.
18. regredere	Ennius Achille.
19. ruminare	Varro Tanaquile.
	Liuius Aegisth.

---

p. 176. litt. S.

lemma 62. sospitent	Ennius Melan.
	Pacuuius Medo.

---

p. 178, 7. litt. T.

lemma 1. taetret	Paceuius Periboea.
2. tetinerit	Pacuuius Medo.
	Attius Clytaemn.
	Pacuuius Herm.
3. tetulit	Attius Androm.
	Caecil. Hypobolimaeo.

p. 182, 23. litt. V.

lemma 1. uulgauit	Plaut. Amph.
	Vergil. lib. XI.

2. ueget	Pompon. Maiali.
	Ennius Ambracia.
	Varro Manio.
	idem ὄνος λύρας.
3. uerecundum	Plaut. Amph.
4. uenor	Ennius Nemea.

Recte uidit Riesius uerborum has series post Luciliana plerumque positas esse et ne hoc quidem quemquam fugit post ipsas ubique fere aduerbiorum inferri ordines. qua re grauis oritur suspicio e fonte eas fluxisse a ceteris diuerso. offendit enim quod hic non ex unius scriptoris copiis congestos ordines habemus uerum ita institutos ut magis uocabulorum quae tractantur quam scriptoris qui citatur in testimonium ratio habeatur. is igitur quo Nonius usus est auctor uerba quae miri aliquid siue significatione siue forma ipsa prae se ferrent, e uariis scriptoribus conquisiuerat. quod uehementer nos admonere uidetur glossatoris. neque deest quod adiuuet hanc sententiam. ueri enim admodum simile est Nonium adhibuisse librum alphabetico ordine conscriptum; quod si non ita esset, miraremur profecto quod ordines illi maxime in eo capite tam longi extant et extensi, quod ipsum ex litterarum ordine Nonius digessit. quin si illam primi capitis seriem accuratius inspexeris, magis etiam mecum senties. duobus enim *incoxare* et *uituperare* lemmatis subductis sic singulae glossae procedunt: ***c**ondepsere*, ***o**rdire*, ***p**ilare*, ***p**opulare*, ***r**abere*, ***s**upersedere*, ***t**itinnire*, ***u**erminari*. glossator autem siue ex ipsis scriptoribus siue e commentariis compilauit testimonia, ueteres grammaticos non repudiasse uidetur, quoniam in his quoque ordinibus saepe Verrii, Probi, Plinii, Capri, aliorum cernitur doctrina, cuius rei grauissima adferam indicia.

Non. p. 39, 21. *ordire est ponere, incipere.* e. q. s.
Fest. p. 185. *ordiri est rei principium facere unde et togae uocantur exordia.*

Non. p. 97, 14. *danunt, dant.* e. q. s.
Paul. p. 68. *danunt, dant.*

Non. p. 121, 13. *hostire est comprimere, recedere, dictum ab hostia.* e. q. s. *hostire offendere, caedere.* e. q. s.
Paul. p. 102. *hostia dicta est ab eo quod hostire est ferire.*

Non. p. 178, 10, *tetinerit pro tenuerit.* e. q. s.
Paul. p. 366. *tetini pro tenui.* cf. Diom. 372, 17.

Non. p. 147, 1. *olat pro oleat. Afranius Fratriis: 'non potest quin illa stacta longeque et multis olat.'* e. q. s.
Prisc. p. 444. *oleo, oles et olo, olis. Afranius in Fratriis: 'non potest quin illa stacta longeque et cunctis olat.'* e. q. s. cf. Prisc. p. 480. Diom. 383, 15.

DE ADVERBIORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 40, 24.

lemma 185. canatim	Nigid. Comment. gr.
186. cossim	Pompon. Porcaria.
187. infabre	Pacuu. Niptra.

Caput II.

p. 76, 7. litt. A.

lemma 63. adquo	Afran. Prometh.
	idem Priuigno.
64. alternatim	Quadr. Annal. lib. IV.

p. 91. litt. C.

lemma 74. caduciter	Varro.
75. cupienter	Attius Philoct.
	Ennius Phoen.

p. 98, 17. litt. D.

lemma 31. debiliter	Pacuuius.
32. demagis	Lucil. Sat. lib. XXVI.
33. diu	Titinius Fullonia.
	Plaut. Mercat.
34. dubitatim	Caelius Annal. lib. III.
	Sisenn. hist. lib. IV.

p. 104, 23. litt. E.	
lemma 23. efflictim	Plaut. Poenul.
	Pompon. Dotat.
	Laberius Bellon.
24. expulsim	Varro Sera parecte.
	Nigid. Comment. lib. XX.

p. 111, 16. litt. F.	
lemma 19. facul	Lucil. Sat. lib. VI.
	Pacuu. Teucro.
	Afran. Auctione.
	Attius Méleagro.
	Varro Bimarco.
20. famulanter	Attius Tereo.
21. fluctuatim	Afranius Pompa.
22. fortunatim	Ennius Annal. lib. I.
23. frustatim	Pompon. Verre aegroto.
24. fastidiliter	Varro Cras credo hodie nihil.

p. 118, 13. litt. G.	
lemma 26. germanitus	Pompon. Praef. morum.

p. 127, 11. litt. I.	
lemma 37. iamdiu	Turpilius Hetaera.
	Ennius Alcm.
	Caecil. Nausim.
	Liuius Aiace.
38. incursim	Caecil. Fallacia.
39. indiscriminatim	Varr. de l. l. lib. XVIII.
40. insanum	Plaut. Neruol.
	Sall. hist. lib. II.
41. iuxtim	Sisenna.
	Liuius Aegisth.

p. 139, 9. litt. M.	
lemma 31. medullitus	Ennius Sat. lib. III.
32. meritissimo	Turpil. Paraterusa.
33. minitabiliter	Attius Aeneadis.
	Pacuuius Antiopa.
34. morsicatim	Laeuius Pullis.
35. mutabiliter	Varro Cras credo hodie nihil.

p. 147, 24. litt. O.

lemma	13. obsecundanter	Nigid. de dis lib. I.
	14. oculitus	Plaut. Cornic.
	15. ossiculatim	Caecil. Fallacia.

p. 154, 14. litt. P.

lemma	42. populatim	Caecil. Obolostate.
	43. praesente	Pompon. Syris.
		Attius Melanipp.
		Fenest. Annal. lib. II.
		Nouius Mania med.
	44. primiter	Pompon. Macc. gem.
		Lucil. Sat. lib. V.
	45. prognauiter	Plaut. Persa.
	46. properatim	Quadr. Annal. lib. II.

p. 166, 30. litt. R.

lemma	20. rusticatim	Pompon. Alconibus.

p. 176, 5. litt. S.

lemma	63. singulatim	Caecil. Hypob. Rastr.
		Caelius Annal. lib. I.
		Lucil. Sat. lib. XIX.
	64. solemnitus	Liuius Aegisth.

p. 178, 19. litt. T.

lemma	4. taxim	Pompon. Bucc. Adopt.
	5. temerius	Attius Didasc. lib. II.
	6. testatim	Pompon. Verre aegroto.
	7. tractim	Plaut. Amphitr.

p. 183, 15. litt. V.

lemma	5. uicissatim	Naeuius bell. Pun. lib. IV.
	6. uisceratim	Ennius Androm.
	7. unose	Pacuuius Iliona.
	8. utrasque	Hemina hist. lib. IV.

Simillimum hoc genus ordinum illi de quo modo disseruimus. nulli hic scriptoris unius ordines extant, modo enim ex hoc modo ex illo proferuntur exempla atque persaepe

qualia alibi frustra apud Nonium quaesiueris, ut e Plauti Neruolaria[44]) (s. u. *insanum*). Pomponii Dotata nusquam nisi p. 104, 24 *efflictim* et p. 511, 31 *paulisper* in capite XI de indiscretis aduerbiis nominatur, eiusdem Verres aegrotus nusqnam nisi in aduerbiorum ordinibus (p. 112, 5 *frustatim*, p. 178, 24 *testatim*) et in capite XI p. 515, 6 *parciter*), eiusdem Praefectus morum nusquam nisi p. 118, 15 *germanitus* et in capite XI p. 507, 32 *operibo*. idem denique ualet in Varronis 'Sera parecte' p. 104, 28 *expulsim* adlatam. alio igitur fonte usus Nonius hic uidetur atque in ceteris ordinibus et ut mea est opinio ex similitudine capitis XI deducta eodem fonte nnde singula in illud caput emanasse supra (cf. p. 68 sq.) demonstrauimus. quodsi ex ipsa ordinum ratione aliquid licet colligere, me iudice hic quoque glossarium subest, quod num alphabeticum fuerit non liquet. quare in capite XI Nonium praeter commentarios Pomponianarum, Plautinarum, aliarum fabularum glossarium quod aduerbia continuerit in usum uocasse statuo, ex eodem uero glossario nonnulla addidisse capitibus primis duobus.

DE VARRONIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 26, 16.

lemma 98. lingulacae	*Varro Papiap.* περὶ ἐγκωμίων.
99. rabulae	*Varro Papiap.* περὶ ἐγκωμίων.
100. ebullire	Cic. Tusc. lib. III.
101. rapones	*Varro Papiap.* περὶ ἐγκωμίων.
102. strabones	*Varro Flaxtab.* περὶ ἐπαρχιῶν.
	Lucil. Sat. lib. XXVII.
103. exterminatum	Lucil. Sat. lib. XXIX.
	M. Tull. de off. lib. III.
104. exodium	*Varro* ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν.
	Varro ἕως πότε, περὶ ὡρῶν.
	idem ταφὴ Μενίππου.

44) legitur quidem Neruolariae Plautinae testimonium etiam p. 169, 8 *scraptas*, sed e Gellio transcriptum Mercerique coniectura restitutum.

	105. putus	Plaut. Pseudulo.
		Varro ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν.
		idem Prometh.
	106. compedes	*Varro Prometh. lib. I.*
		Varro Flaxtabulis, *περὶ ἐπαρχιῶν.*
		idem Parmenone.
		idem Sesquiulixe.
	107. fulgura	*Varro περὶ κεραυνοῦ.*
	108. coagulum	*Varro Est modus matulae, περὶ μέθης.*

---

p. 45, 32.		
lemma	216. inferum	*Varro Marcipore.*
	217. Syrus	*Varro Marcipore.*
	218. euirare	*Varro Marcipore.*
	219. ludibria	Vergil. lib. VI.
	220. febris	*Varro Andabatis.*
	221. uulpinari	*Varro Mysteriis.*
	222. sufflatum	*Varro Agathone.*
	223. uespertilio	*Varro Agathone.*
	224. exporrectum	*Varro Endymionibus.*
	225. iugatum	Cic. Tusc. lib. III.
	226. prodius	*Varro Virgula diuina.*
	227. granaria	*Varro Gerontodidascalo.*
	228. torculum	*Varro Gerontodidascalo.*
	229. cingillum	*Varro Gerontodidascalo.*
	230. tutilina	*Varro Hercules tuam fidem.*
	231. Tutanus	*Varro Hercules tuam fidem.*
	232. silicernium	Terentius.
		Varro Meleagris.
	233. suffundatum	*Varro ταφὴ Μενίππου.*
	234. edones	*Varro ταφὴ Μενίππου.*
	235. elixum	*Varro ταφὴ Μενίππου.*
	236. paracos	*Varro Sesquiulixe.*
	237. trossuli	*Varro Sesquiulixe.*
	238. proboscis	*Varro Sexagesi.*
	239. cetari	*Varro γνῶθι σεαυτόν.*
	240. tonimus	*Varro Eumenidibus.*
	241. tibinos	*Varro Eumenidibus.*
	242. dierecti	*Varro Eumenidibus.*

---

p. 55.

lemma	271. tropaei	*Varro Bimarco.*
	272. luxum	
	273. colinam	*Varro Modio.*
		Plaut. Mostell.
		Varro de uit. p. R. lib. I.
	274. modestum	*Varro Modio.*
	275. infans	Cic. in orat.
		Lucil. Sat. lib. XIX.
		idem lib. XV.
		Vergil. Aen. lib. II.
		Varro ὄνος λύρας.
		Attius Atham.
		Varro Eumenid.
		Cicero de orat. lib. III.
	276. sarcinatricis	*Varro ὄνος λύρας.*

Caput II.

p. 69, 17. litt. A.

lemma	8. aquilex	*Varro Quinquatribus.*
	9. aequimentum	*Varro Sexagesi.*
	10. aerificium	*Varro γνῶθι σεαυτόν.*

p. 70, 9.

lemma	13. anticipare	*Varro Bimarco.*
	14. aurigatur	*Varro Modio.*

p. 71, 12.

lemma	22. autumnitas	*Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν.*
		idem Quinquatribus.
		idem Ephem. naual.
	23. aritudinem	*Varro Prometheo lib.*
	24. aboriatur	*Varro Gallo Fundanio, de Admirandis.*
	25. adulescentiaris	*Varro τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐγηρίας.*

p. 77, 21. litt. B.

lemma	1. betere	*Varro τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας.*
	2. bellioris	*Varro Testamento, περὶ διαθηκῶν.*

p. 79, 12.

lemma	10. bipennis	*Varro Marcipore.*
		idem Parmenone.
	11. biuiras	*Varro Lege Maenia.*

p. 79, 29.

lemma	13. bubulcitare	*Varro Manio.*
		Plaut. Mostell.
	14. bases	*Varro ὄνος λύρας.*
	15. badius	*Varro ὄνος λύρας.*

p. 83, 10. litt. C.

lemma	14. caries	*Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου.*
	15. cortes	*Varro Papiapapis, περὶ ἐγκωμίων.*
		idem de re rust. lib. I.
		idem de uit. p. Rom. lib. I.
	16. eupas	*Varro Est modus matulae, περὶ μέθης.*
		idem Sesquiulixe.

p. 86, 9.

lemma	33. culcita	*Varro Quinquatribus.*
		idem de uita pop. Rom. lib. I.
	34. citrus	*Varro Gerontodidascalo.*
	35. caecutiunt	*Varro Gerontodidascalo.*
	36. caballus	Lucil. Sat. lib. II.
		Varro Parmenone.
		idem Sesquiulixe.
	37. coda	*Varro ταφὴ Μενίππου.*
	38. carnales	*Varro Sexagesi.*
	39. crassum	*Varro Sexagesi.*
	40. canum	Vergil. lib. I.
		Varro Eumenidibus.

p. 93, 11.

lemma	91. cibarium	*Varro Modio.*
		idem ὄνος λύρας.
		Cic. Tusc. lib. V.
	92. comedones	*Varro Modio.*

p. 99, 11. litt. D.		
lemma 37.	depsere	Hom. Odyss.
		Varro Mysteriis.
38.	dolitum	*Varro Agathone.*
		Cicero Academ.
39.	dentarpagas	*Varro Quinquatribus.*
40.	descobinatis	*Varro Meleagris.*
41.	desubulare	*Varro Sesquiulixe.*
42.	dormitio	*Varro Sexagesi.*
p. 100, 29.		
lemma 50.	dirissimum	*Varro Bimarco.*
51.	diis	*Varro ὄνος λύρας.*
52.	dicteria	*Varro ὄνος λύρας.*
p. 105, 30. litt. E.		
lemma 31.	equiso	Varro *Τριοδίτης τριπύλιος, περὶ ἀρετῆς κτήσεως.*
		Varro Marcipore.
		Varro Eumenidibus.
32.	eunuchare	*Varro lege Maenia.*
33.	equilam	*Varro lege Maenia.*
34.	esurigo	*Varro ταφὴ Μενίππου.*
35.	ericium	*Varro Sexagesi.*
p. 107, 3.		
lemma 40.	exequiantur	*Varro Bimarco.*
p. 112, 22. litt. F.		
lemma 28.	fax	*Varro Gerontodidascalo.*
		idem Sexagesi.
		idem de uit. p. R. lib. II.
p. 113, 12.		
lemma 32.	fallere	*Varro Manio.*
p. 119. litt. G.		
lemma 31.	gallare	*Varro Eumenidibus.*
p. 119, 8.		
lemma 32.	ganeones	*Varro Modio.*
		Tull. in Catil.

p. 129, 3. litt. I.
lemma 51. incrustatum — *Varro Ταφὴ Μενίππου.*

p. 131, 10. litt. L.
lemma 1. later — *Varro Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν.*
idem Sesquiulixe.
idem Manio.
2. lutaui — *Varro Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν.*
3. lucuus — *Varro Περιπλοῦ* lib. II, *περὶ φιλοσοφίας.*
idem *Σκιαμαχία, περὶ τύφου.*
4. longurio — *Varro Τρίφαλλος, περὶ ἀῤῥενότητος.*

p. 134, 27.
lemma 19. libellionem — *Varro Manio.*
20. limum — *Varro Manio.*

p. 140. litt. M.
lemma 37. Maeander — *Varro Ταφὴ Μενίππου.*
Vergil. lib. I.
38. mansum — *Varro Γνῶθι σεαυτόν.*
39. mulierauit — *Varro Γνῶθι σεαυτόν.*

p. 141, 3.
lemma 43. medioximum — *Varro Modio.*
44. masculum — *Varro ὄνος λύρας.*

p. 145. litt. N.
lemma 15. nidus — *Varro Quinquatribus.*

p. 148, 14. litt. O.
lemma 20. orbitum — *Varro Γνῶθι σεαυτόν.*

p. 152, 6. litt. P.
lemma 25. percellere — *Varro Parmenone.*
26. pinsere — *Varro Ταφὴ Μενίππου.*
idem de uit. p. R. lib. I.
27. porcas — *Varro Ταφὴ Μενίππου.*
28. putidum — *Varro Ταφὴ Μενίππου.*
Cato Orig.
Caecil. Androm.
Afran. Aug.

29. poenitudinem	Paeuuius Teucro.
30. praebito	*Varro Eumenidibus.*
31. pueros	*Varro Eumenidibus.*
32. paxillus	*Varro Eumenidibus.*
	idem Bimarco.

p. 156, 13.

lemma 57. puerae	*Varro Deuictis,* περὶ φιλονικίας.
	idem de uit. p. R. lib. II.
58. pupae	*Varro Aboriginibus,* περὶ ἀνθρώπων φύσεως.
	Varro Tithono, περὶ γήρως.
59. pipare	*Varro Aboriginibus,* περὶ ἀνθρώπων φύσεως.
60. procudere	*Varro* Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐγηρίας.
	Vergil. Georg. lib. I.
61. praecox	*Varro Synephebo,* περὶ ἐμμονῆς.

p. 161, 4.

lemma 86. patritum	*Varro Manio.*
	idem reipubl. lib. XX.
	Cic. Tusc. lib. I.
87. praecedere	Cicero in orat.
88. popinones	*Varro Modio.*
	Lucil. Sat. lib. I.

p. 167, 3. litt. R.

lemma 22. redurare	*Varro Agathone.*
23. rutuba	*Varro Sexagesi.*
24. reuocare	*Varro Sexagesi.*

p. 167, 20.

lemma 26. rapinatores	*Varro Bimarco.*
	Lucil. Sat. lib. II.
27. rheda	*Varro Epist. ad Neronem.*

p. 169, 10. litt. S.

lemma 9. sabulum	*Varro* Ταφὴ Μενίππου.
10. suctu	*Varro* Γνῶθι σεαυτόν.

p. 171, 10.

lemma 28.	suggillare	*Varro Lege Maenia.*
29.	satullem	*Varro Περὶ αἱρέσεων.*

p. 176, 14.

lemma 65.	scenatilis	*Varro Modio.*
		idem ὄνος λύρας.
66.	saperdae	*Varro Modio.*

p. 178, 29. litt. T.

lemma 8.	tudiculare	*Varro Marcipore.*
9.	traps	*Varro Parmenone.*
10.	tegillum	*Varro Sesquiulixe.*
11.	* terta	*Varro Ἔχω σε, περὶ τύχης.*
12.	* temperatura	*Varro Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλ αργυρίας.*

p. 180, 8.

lemma 20.	taxis	*Varro Modio.*
21.	tippula	*Varro Bimarco.*
		Plautus.
22.	tonescit	*Varro Bimarco.*

p. 187, 8. litt. V.

lemma 32.	uirgindemiam	*Varro Agathone.*
33.	uiratium	*Varro Meleagris.*
34.	uulga	Lucilius Sat. lib. II.
		Varro Sexagesi.

Caput III.

p. 190, 23.* litt. A.

lemma 4.	absinthium	Lucret. lib. IV.
		Varro Quinquatribus.
5.	aerarium	*Varro Gerontodidascalo.*

p. 228, 27. litt. T.

lemma 9.	tractus	*Varro Mutuum muli scabunt, περὶ χωρισμοῦ.*

p. 229, 15.

lemma 15.	turdi	*Varro Quinquatribus.*

p. 229, 21.

lemma	16. tarditas	*Varro Bimarco.*
	17. tibia	*Varro Modio.*

Caput VI.

p. 448, 10.

lemma	1. edolare	*Varro Bimarco.*
	2. sulcus	*Varro Bimarco.*
		Vergil. Aen. lib. II.
	3. penulam	*Varro Manio.*
	4. uitreum	*Varro Modio.*

---

p. 450, 32.

lemma	15. equisones	*Varro Marcipore.*
	16. meridiem	*Varro Marcipore.*
		Nonius in Epist.
	17. rheda	*Varro Marcipore.*
	18. fasceam	*Varro Gerontodidascalo.*
	19. librum	Vergil. Georg. lib. II.
	20. uiscum	*Varro Parmenone.*
	21. calcar	*Varro Sesquiulixe.*
	22. ebrius	*Varro Eumenidibus.*
	23. gibberum	*Varro Eumenidibus.*
	24. torrere	*Varro Eumenidibus.*
		Vergil. Georg. lib. I.

Caput VII.

p. 478.

lemma	83. murmurari	*Varro Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων.*
		Quadr. Annal.
		Varro Papiap., *περὶ ἐγκωμίων.*
		idem Virgula diuina.
	84. excalceatur	*Varro Pseudulo Apolline, περὶ πεῶν διαγνώσεως.*
	85. nutritur	*Varro Testamento, περὶ διαθηκῶν.*
		M. Tull. de deorum natura.
		Afranius Vopisco.
		Lucil. Sat. lib. XXX.

p. 480, 23.		
lemma	101. ruminatum	*Varro Sexagesi.*
		idem Bimarco.
	102. precantur	*Varro Eumenidibus.*
	103. miras	*Varro Eumenidibus.*

Caput VIII.

p. 492, 3.		
lemma	72. gelo	*Varro Sesquiulixe.*
	73. cestis	*Varro Deuictis, περὶ φιλονικίας.*
	74. fructuis	*Varro Meleagris.*
		Varro *Ταφὴ Μενίππου.*
	75. quaesti	*Prometheo libero.*

Caput XII.

p. 529, 8.		
lemma	42. uile	*Varro Virgula diu.*
		Verg. Georg. lib. I.
	43. praeter	*Varro Eumenidibus.*
		Cic. in Verr. lib. II.

Caput XIV.

p. 542.		
lemma	31. ricinum	*Varro Ταφὴ Μενίππου.*
		idem de uit. p. R. lib. I.
	32. reticulum	*Varro Sesquiulixe.*

---

p. 542, 12.		
lemma	33. tapete	*Varro Hercule Socratico.*
		Vergil. lib. IX.
		Turpilius.

Caput XV.

p. 543, 32.		
lemma	6. patella	*Varro Eumenidibus.*
		idem Manio.
	7. cupas	Varro de uit. p. R. lib. I.
	8. urnula	Varro de uit. p. R. lib. I.
	9. cadi	Lucil. Sat. lib. XVIII.
		Vergil. Aen. lib. I.
		Varro de uit. p. R. lib. III.
	10. urnarium	*Varro Ταφὴ Μενίππου.*

p. 544, 27.

lemma	12. simpuium	*Varro Est modus matulae*, περὶ μέθης.
	13. lenis	Afran. Fratr.
		Laberius Cophino.
	14. obba	*Varro Est mod. matulae*, περὶ μέθης.
		idem epist. ad Marullium.
	15. cantharus	Vergil. Bucol.
	16. dolia	*Varro Est mod. mat.*, περὶ μέθης.
		idem Manio.
	17. alabaster	Cicero Academ. II.
	18. scyphus	Vergilius.
	19. batiola	Plautus Colace.
	20. calices	*Varro Est modus matulae*, περὶ μέθης.
		Cic. Tuscul. lib. III.

Caput XVII.

p. 550, 10.

lemma	1. sparagos	*Varro Virgula diuina.*
	2. blitum	*Varro Eumenidibus.*

p. 550, 17.

lemma	3. lapadium	*Varro Modio.*

Caput XVIII.

p. 553, 8.

lemma	4. antesignanorum	*Varro* Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας.

Facile tria ordinum genera extare cognoueris, quorum primum saturas quibus duplices tituli sunt complectitur, alterum saturas simplici titulo inscriptas, tertium denique quinque saturas ab altero genere alienas quamuis item simpliciter inscriptas. primo autem generi hos adnumero ordines: cap. I, p. 26, 16 sqq. cap. II. litt. A p. 71, 12 sqq. litt. B p. 77, 21 sqq. litt. C p. 83, 10 sqq. litt. L p. 131, 10 sqq. litt. P p. 156 13 sqq. cap. III. litt. T p. 228, 27 (*tractus*). cap. VII. p. 478, 1 sqq. cap. XV. p. 544, 27 sqq. cap. XVIII

p. 553, 8. (*antesignanorum*). atque primariis quidem horum ordinum locis adferri solent hac saturae: *Κοσμοτορύνη, περὶ φθορᾶς κόσμου*; Papiapapae, *περὶ ἐγκωμίων*; Flaxtabulae, *περὶ ἐπαρχιῶν*; *'Εκατόμβη, περὶ θυσιῶν*; *Περίπλους, περὶ φιλοσοφίας*; *Τρίφαλλος, περὶ ἀρρενότητος*; Serranus, *περὶ ἀρχαιρεσιῶν*; Prometheo libero (?); *περὶ κεραυνοῦ* (?); Est modus matulae, *περὶ μέθης*; Gallus Fundanius, de admirandis; Denicti, *περὶ φιλονικίας*; Aborigines, *περὶ ἀνθρώπων φύσεως*; *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐγηρίας*; *Συνέφηβος, περὶ ἐμμονῆς*. praeterea quae adferuntur saturae incertum est quem locum in Nonii fonte obtinuerint. sunt autem hae: *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας*; Testamentum, *περὶ διαθηκῶν*; *Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων*; Pseudulus Apollo, *περὶ θεῶν διαγνώσεως*; *"Αμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας*; *'Έχω σε, περὶ τύχης*; Mutuum muli scabunt, *περὶ χωρισμοῦ*.

Alterum genus ordinum hae saturae efficiunt: Marcipor, Andabatae, Lex Maenia, *περὶ αἱρέσεων*, Mysteria, Agatho, Endymiones, Virgula diuina, Quinquatrus, Gerontodidascalus, Parmeno, Hercules tuam fidem, Meleagri, *Ταφὴ Μενίππου*, Sesquiulixes, Sexagesis, *Γνῶθι σεαυτόν*, Eumenides.

Tertium denique hae: Bimarcus, Hercules Socraticus, Manius, Modius, *"Ονος λύρας*. apparet igitur Nonium pluribus libris usum esse, id quod hoc quoque argumento euincitur quod uariae illae saturarum series plerumque eodem hoc ordine inter se excipiunt ut saturae duplis titulis inscriptae per singula capita primas sedes teneant, simpliciter inscriptae duodeuiginti illae secundas, quinque istae quibus item simplex est titulus, extremas. qui ordo ter uiolatur. nempe capitis II in littera A saturae dupliciter inscriptae ultimo, in littera P medio loco ponuntur; in capite VI quinque saturae leguntur ante duodeuiginti simpliciter inscriptas. aliquotiens permisceri putes saturas ita ut dupliciter inscriptae consocientur cum eis quibus simplex titulus est. de qua tamen re omnis dubitatio tollitur si ordines illos cum ceteris discrepantes accuratius consideraueris. nam p. 105, 30 etsi *Τριοδίτης τριπύλιος, περὶ ἀρετῆς κτήσεως* nominatur una cum saturis his: Lege Maenia, *Ταφῇ Μενίππου*, Sexagesi, caueto ne exemplum ex illa satura repetitum censeas esse primarium. id e Varronis Marcipore adscitum est; iam du-

dum autem intelleximus primaria exempla non raro altero demum loco adferri. Marciporis autem testimonium si primarium habueris, nulla de ordine admittitur dubitatio. iam si p. 179, 5 sqq. *Ἔχω σε, περὶ τύχης* et *Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας* saturas non tam interponi saturis simpliciter inscriptis quam adici animaduerteris, facile eis quae supra de ordinum compositione disputauimus adduceris ut ab iusto ordine illas secernendas esse concedas. unum igitur relinquitur lemma abnorme p. 492, 8 *cestis*, ubi Deuicti, *περὶ φιλονικίας* Varroniana nominatur. hoc tamen unum quod nescio quo pacto ordinem turbauerit parum ualere consentaneum est. sic igitur patet quae fere ratio fuerit fontium, quot saturas et quas praebuerint. ualde tamen intricata haec est quaestio cuius Nonius usus sit libris. qua in re neminem opinor fugiet quantum intercedat discrimen inter Varronianorum series et illas quas supra composuimus. in prioribus enim ordinibus cum exemplorum subseciuorum paene siluae saepe primariis adiungerentur, in his subseciua prope nulla aut si qua leguntur ex ipsis Varronis saturis adlata sunt. quare fonte usus uidetur Nonius satis tenui, nisi quis forte ipsum saturas legisse putarit et excerpsisse, quod ego non credo, nam sunt in Nonianis quae ueterum grammaticorum recordationem nobis incutiant ut sane hic quoque Numida auctorem iudicandus sit esse assectatus doctiorem. neque inprobabiliter commentatorem cogitaueris, quamquam firmis argumentis careas. identidem tamen etiam in his ordinibus antiquae doctrinae frustula repperi, quid quod nonnunquam quae Varro ipse docuit Nonius hic repetiit! ascribam exempla:

Non. p. 27, 22. *putus est dictus a putando* c. q. s.
cf. Fest. p. 217 qui eandem uocis et etymologiam et explicationem exhibet idemque testimonium Plautinum profert. cf. Varro de l. l. VI § 63. Gell. N. A. VII, 5.

Non. p. 47, 17. *granaria loca in horreis seruandis seminum granis.* c. q. s.
cf. Varro de l. l. V § 105. *granarium ubi granum frumenti condebant* c. q. s.

Non. p. 82, 22. *canitudinem pro canitie* e. q. s.
Paul. p. 62. *canitudinem pro canitie* e. q. s.

Non. p. 135, 27. *mirius, magis mirum* e. q. s.
Paul. p. 123. *mirior dicebant comparatiuum a miro.*

Non. p. 140, 2. *Maeander est picturae genus assimili opere labyrinthorum ortum, clauiculis inligatum.* e. q. s.
Paul. p. 136. *Maeandrum genus picturae est.* e. q. s.

Non. p. 176, 20. *saperdae quasi sapientes uel elegantes. Varro Modio: 'omnes uidemur nobis esse belli, festiui, saperdae cum simus σαπροί.'*
Fest. p. 325. *saperda genus pessimi piscis. Sapientem etiam significat cum ait Varro: 'uidemur nobis saperdae cum simus σαπροί.'*

Non. p. 180, 8. *tippula, animal leuissimum, quod aquas non nando, sed gradiendo transeat. Varro Bimarco* e. q. s. *Plautus: 'leuior es quam tippula.'*
Paul. p. 366. *tippula, bestiolae genus sex pedes habentis, sed tantae leuitatis ut super aquam currens non desidat. Plautus: 'neque tippulae leuius pondus est'* e. q. s.

Iam cum semel ad Varroniana exempla progressa sit disputatio, paulisper in eis immoremur addituri pauca de eis lemmatis quae e libris de uita populi Romani, de re rustica, Cato deprompta sunt. saepe haec tria scripta una collocantur, plerumque in extrema parte aut capitis aut ordinis nunquam fere ita ut in eodem lemmate aliis exemplis postponantur. quae omnia si animo comprehenderis haud inuitus esse concedes quo commendetur Schottmuelleri coniectura Nonium testimonia e tribus illis scriptis ultimo demum loco et collegisse et in lexicon indidisse siue manis dicere assuisse ubi per spatii opportunitatem maxime licuerit. quo probato statim explicatum habebis qui factum sit ut exempla ex scriptis illis desumpta totiens intermitterentur ordinibus. deinde uero si quaesiueris unde haec Varroniana ad Nonium deuenerint, mihi quidem aliud nihil aeque credibile uidebatur

quam ipsum ea ex Varrone exscripsisse maxime hanc ob caussam quod saepe exempla non ita adferuntur ut eis quae antea exposita sunt aut explicentur aut comprobentur sed potius ut Varronem ea ipsa explicandi ratione usum esse declaretur. qua quidem re satis differunt compositi e tribus illis scriptis ordines ab eis quos supra e commentariis fluxisse diximus. uelut in commentario Plautino Nonius (p. 9, 33 sqq. *focula*) cum ad Plauti Pers. I, 3, 24 adnotatum inuenisset quid esset foculum, cum interpretationem uersus tum ipsum uersum transcripsit. contra in Varronianis illis uocularum siue etymologiae siue significationes ab ipso Varrone explanatae sunt, itaque p. 23, 21 *calendarum* uocis etymologia exemplo Varronis explicatur. idem p. 23, 25 *consulum.* quam ob rem hace profecto uerisimile est Nonium ex ipso Varrone hausisse. eandem rem usquequaque accidisse obseruaueris:

p. 43, 31: *paupertas dicta est a pecunia parua. Varro de uita populi Romani lib. I: 'pecunia quae erat parua; ab eo paupertas dicta, cuius paupertatis magnum testimonium est.'*

p. 44, 4: *pandere Varro existimat ea causa dici quod qui ope indigerent et ad asylum Cereris confugissent panis daretur. pandere ergo quasi panem dare et quod nunquam fanum talibus clauderetur, de uita populi Romani lib. I: 'hanc deam melius putat esse Cererem; sed quod in asylum qui confugisset, panis daretur, esse nomen fictum a pane dando pandere quod est aperire.*

p. 61, 15: *legumina Varro de re rustica lib. I dicta existimat non quod secentur sed quod legantur: 'cetera quae uelluntur [e terra, non subsecantur: quae quod ita leguntur] legumina dicta.'*

Ceterum concordant etiam exempla e tribus illis scriptis sumpta cum eis quae Varro alibi de eisdem rebus tradiderat ut Non. p. 23 *calendarum* cum Varr. de l. l. VI § 27, Non. ibidem *consulum* cum Varr. de l. l. V § 87.

DE SISENNIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput I.

p. 57, 27.

lemma 282.	remulcare	*Sisenn. hist. lib. II.*[45])
283.	congenulare	*Sisenn. hist. lib. III.*
284.	agilem	*Sisenn. hist. lib. III.*
285.	expediti	*Sisenn. hist. lib. IV.*
286.	testudines	Vergil. Aen. lib. I.
		Sisenn. hist. lib. IV.
287.	insinuari	*Sisenn. hist. lib. IV.*

Caput II.

p. 68, 15*. litt. A.

lemma 1.	apud	*Sisenn. hist. lib. IV.*
		Tull. de off.
		idem de orat. II.
2.	apisci	*Sisenn. hist. lib. IV.*

---

p. 70, 32.

lemma 19.	adesum	*Sisenn. hist. lib. III.*

---

p. 80, 3. litt. B.

lemma 16.	binum	*Sisenn. hist. lib. III.*

---

p. 91, 21. litt. C.

lemma 78.	concubia	*Sisenn. hist. lib. IV.*
79.	cistas	*Sisenn. hist. lib. IV.*
80.	centrones	*Sisenn. hist. lib. IV.*
81.	crebritudinem	*Sisenn. hist. lib. IV.*
82.	caementa	*Sisenn. hist. lib. IV.*
		Varro Bimarco.

---

p. 101, 3. litt. D.

lemma 53.	dispalare	*Sisenn. hist. lib. III.*

---

p. 107, 14. litt E.

lemma 42.	ergo	Vergil. Aen. lib. VI.
		Sisenn. hist. lib. IV.

---

45) Riesius uoluit scribi *libro III* cf. adn. 46.

43. enixim	*Sisenn. hist. lib. IV.*
44. exinantia	*Sisenn. hist. lib. IV.*

p. 113, 23. litt. F.

lemma 35. fera	*Sisenn. hist. lib. IV.*
36. foramen	*Sisenn. hist. lib. IV.*

p. 130, 1. litt. I.

lemma 60. in populum	*Sisenn. hist. lib. III.*
61. immissum	*Sisenn. hist. lib. III.*
62. iusso	*Sisenn. hist. lib. III.*

p. 141, 22. litt. M.

lemma 47. maceriae	*Sisenn. hist. lib. III.*
48. manipulatim	*Sisenn. hist. lib. III.*
49. multifariam	*Sisenn. hist. lib. III.*
50. marsupium	Varro Cato.
51. molimentum	*Sisenn. hist. lib. IV.*

p. 145, 21. litt. N.

lemma 20. nex	*Sisenn. hist. lib. IV.*

p. 161, 26. litt. P.

lemma 91. praefestinatim	*Sisenn. hist. lib. IV,* [46])
92. praestolari	*Sisenn. hist. lib. III.*
93. permittere	*Sisenn. hist. lib. III.* idem lib. IV.
94. proicere	*Sisenn. hist. lib. IV.*

p. 188, 17. litt. V.

lemma 43. uicatim	*Sisenn. hist. lib. III.*

Caput III.

p. 195, 25. litt. C.

lemma 8. carra	*Sisenn. hist. lib. IV.* Varro Cacc. lib. II.
9. certamen	*Sisenn. hist. lib. IV.*

46) cf. p. 4.

Caput VI.

p. 448, 32.

lemma	5. tela	*Sisenn. hist. lib. III.*
	6. silentium	*Sisenn. hist. lib. IV.*
	7. caecum	*Sisenn. hist. lib. IV.*
		Vergil. Aen. lib. VI.
	8. labra	Vergil. Bucol.
		Sisenn. hist. lib. IV.
		Vergil. lib. VIII.

Caput VII.

p. 480, 34.

lemma	104. nolitote	*Sisenn. hist. lib. III.*

Caput IX.

p. 502, 18.

lemma	20. datiuus pro ablatiuo	*Sisenn. hist. lib. III.*
		Varro de re rust. lib. I.
		idem Cato.
	21. nominatiuus pro ablatiuo	*Sisenn. hist. lib. III.*
		idem.
		Vergil. Aen. lib. X.

Caput XI.

p. 516, 27.

lemma	60. certatim	Vergil. Aen. lib. III.
		Sisenn. hist. lib. IV.
	61. abunde	*Sisenn. hist. lib. IV.*

Caput XIII.

p. 536, 2.

lemma	15. onerarias	*Sisenn. hist. lib. III.*

Caput XVIII.

p. 556, 2.

lemma	25. manipuli	*Sisenn. hist. lib. III.*
		idem lib. IV.
	26. materae	*Sisenn. hist. lib. III.*
		idem lib. IV.

27. malleoli	*Sisenn. hist. lib. IV.*
28. catafractae	*Sisenn. hist. lib. IV.*
	Sall. hist. lib. IV.
29. falces	*Sisenn. hist. lib. IV.*

Haec unde adsciuerit Nonius ignoro; dubium est enim num ipse Sisennae historias legerit an commentario usus sit. neque tamen supernacaneum arbitror esse ea ascribere quae repetenda uideantur a uetustioribus grammaticis.

Non. p. 58, 10. *testudines sunt loca in aedificiis eamerata ad similitudinem aquatilium testudinum quae duris tergoribus sunt et incuruis.* cf. Varr. de l. l. V § 161: *eauum aedium dietum, qui locus tectus intra parietes relinquebatur patulus, qui esset ad communem omnium usum. in hoc locus si nullus relictus erat, sub diuo qui esset, dicebatur testudo ab testudinis similitudine, ut est in praetorio in eastris.* e. q. s.

Non. p. 161, 30: *praestolari est expectare uel manere.* e. q. s. cf. Paul. p. 223: *praestolari is dicitur qui ante stando ibi, quo uenturum excipere uult, moratur.*

Non. p. 556, 4: *manipuli sunt manus militum uel collecti uici.* cf. Varr. de l. l. V § 88: *manipulos exercitus minimas manus quae unum secuntur signum.*

DE SALLVSTIANORVM EXEMPLORVM ORDINIBVS.

Caput II.

p. 110, 3. litt. F.
lemma 9. falsum habuit — *Sall. Iug. 10, 1.*

p. 116, 20. litt. G.
lemma 12. gnaritas — *Sall. hist. lib. III.*

p. 138, 4. litt. M.
lemma 21. madore — *Sall. hist. lib. IV.*
22. mercatis — *Sall. hist. lib. V.*

p. 186, 13. litt. V.
lemma 25. uitabundus — *Sall. hist. lib. III.*
26. ualentia — *Sall. hist. lib. IV.*

Caput III.

p. 229, 1. litt. T.
lemma 11. torpor — Lucretius.
Sall. hist. lib. I.

Caput VIII.

p. 492, 26.
lemma 77. inermis — *Sall. Iug. 107, 1.*
Sall. hist. lib. III.
78. Galliae — *Sall. hist. lib. IV.*

Caput XIII.

p. 534, 14.
lemma 6. myoparo — Tull. de rep. lib. III.
Sall. hist. lib. III.
Sall. hist. lib. IV.
7. faselus — Varr. Desult.
Sall. hist. lib. III.
idem lib. IV.
8. lenunculus — *Sall. hist. lib. II.*
Sis. hist. lib. III.
9. actuare — *Sall. hist. lib. II.*
10. lintres — Vergil. Georg. lib. I.
11. scaphae — *Sall. hist. lib. IV.*
12. codicarias — *Sall. hist. lib. IV.*
Varr. de uit. p. Rom. lib. III.

Caput XVI.

p. 538, 20.
lemma 10. sagum — *Sall. hist. lib. III.*
Vergil. lib. VIII.
Tull. ad Caes. I.
Varr. Virgula diuina.
Sisenn. hist. lib. III.
11. paludamentum — *Sall. hist. lib. III.*
Tull. ad Caes. II.

Caput XVIII.

p. 553, 13.
lemma 5. funditores — *Sall. Iug. 46, 7.*
Sall. hist. lib. III.

6. glandis	*Sall. Iug. 57, 4.*
	Vergil. Aen. lib. VII.
7. scorpio	*Sall. hist. lib. III.*
	Sisenn. hist. lib. III.
8. tragula	*Sall. hist. lib. III.*
	Varr. Meleagr.
9. pugio	*Sall. hist. lib. III.*
10. aclydes	Vergil. Aen. lib. VII.
11. ancile	Vergil. Aen. lib. VII.
12. lanceae	*Sall. Catil. 56, 3.*
13. phalerae	*Sall. Iug. 85, 29.*
	Vergil. Aen. lib IX.
14. parma	*Sall. hist. lib. IV.*
	Vergil. Aen. lib. IX.
15. ferentarii	Cat. ad rem mil.
	Sall. Catil. 60, 2.
16. ucrutum	*Sall. hist. lib. III.*
	Varro *Ὄνος λύρας.*

Exempla subseciua perpauca atque ex eis plerumque scriptoribus hausta quorum testimonia alibi ordines conficiunt ut facile conicias ipsum Nonium ea adiecisse. quod si uerum est, nescio an glossario usus sit, quamquam suspicari hoc malo quam confirmare.

Iam restant primi capitis illa lemmata alphabetico ordine distributa p. 62—65. 66, 25—67, 30, de quibus quamquam ut certi quid eruerem non contigit, hoc tamen extra omnem dubitationem positum esse contendemus Nonium uerba illa hoc quo de eis agit ordine distributa iam in fonte suo inuenisse. ipse enim ubicunque ex litterarum ordine lemmata disposuit, ita rem instituit ut e commentariis uocabula conquireret ab eadem littera incipientia, cuius rei testes sunt locupletissimi ordines illi in capitibus alphabeticis. primo tamen capite cum hoc non fecerit, quoniam litterarum ex ordine id componere non in animo erat, suspicio exoritur alphabeticos illos primi capitis ordines a glossario aliquo esse desumptos satis quidem tenui exiguoque.

Facilis ab his transitus est ad breuem eum ordinem quo de uitiis corporalibus exponitur cap. I p. 25 *ualgum* usque

ad p. 26 *uari.* quae quidem lemmata si quis ad fontem rouocare animum induxerit facile in consilium possit uocare Festi locum (cf. p. 375) hunc: *ualgos Opillius Aurelius aliique complures aiunt dici qui diuersas suras habeant. Plautus in Milite glorioso: 'qui talos uitiosos maiorem partem uideas ualgi sauiis' et in Silitergo: 'sin ea mihi insignitos pueros pariat postea aut uarum aut ualgum aut compernem aut paetum aut brocchum filium.'* iam supra ex Aurelii Opillii copiis nonnulla in Nonii librum migrasse cum docuerimus cumque facile fieri potuerit ut ad alterum alterumue uersum Plautinum, in quo uoces corporalia uitia notantes admodum cumulantur, commentator aliqui de ipsis illis uocabulis exponeret, non ita remota ab ueri similitudine uidetur sententia Nonianam expositionem ex einsmodi adnotatione fluxisse. sed discedendum est ab hac ratione quoniam Silitergus Plautina neque usquam a Nonio nominatur neque in eis quibus usus est illo commentariis fuisse uidetur, quippe qui nisi Varronianas fabulas explicauerint nullas, quia denique nullum exemplum in illa serie p. 22—25 adfertur Plautinum. immo proficiscendum uidetur a capite XIV *de genere nauigiorum* quod Hertzius (l. l. p. 798) et Rothius (in Suetonio p. LXXIII) optimo iure suspicati sunt ad Suetonium esse referendum. namque Isidorus (origg. XIX) quom et ipsum sua ab Suetonio mutuatum esse constat sic ut Nonius de nauibus, aedificiis, uestibus deinceps exposuit. hoc et aliis argumentis nixus Hertzius diserte explicuit extrema illa Nonii capita a Suetonio uel ab eius auctore Varrone (de uita pop. Rom.) esse delibata. iam igitur haec si uere disputata sunt, nil probabilius est quam illum quoque ordinem de uitiis corporalibus a Suetonio esse repetendum, quem de eadem re cognouimus in prato suo disseruisse (uide Reifferscheidii reliquias Suet. p. 272), cuius expositio cum Noniana si minus congruit, Suetonianorum fragmentorum tenuitati hoc tribuendum esse nemo negabit.

Quam in quaerendo uiam adhuc ingressi sumus, eam nunc derelinquimus: huc enim usque ut ex ipsa Noniani operis compositione quibus fontibus ille usus sit inuestigare studuimus. sunt autem permulta lemmata quae extra ordines

legantur. quae unde sumpserit difficillimum est iudicatu; quis enim omnes illas minimas particulas in tam uastam farraginem undique congestas e fontibus cum abstrusis fere et perquam reconditis tum hodie maximam partem deperditis ad ueram ac propriam originem ualebit reuocare. ne tamen neglegentiae rei dicamur, ipsa conferamus cum Nonio ea scripta quae pro fontibus ei esse potuerunt. qua in re hoc praemoneo silentio me praetermissurum esse quibuscum Nonianae copiae nullo modo conspirant ut M. Antonium Gniphonem qui de sermone latino scripsisse fertur, Ateium Philologum qui librum glossematorum edidisse dicitur, Iulium Caesarem quem nemo nescit de analogia libros composuisse, alios. neque de eis rursum disserere necessarium duxi de quibus supra exposui in Vergilianorum ordinum disquisitione, de Iulio Modesto, Aemilio Aspro, Velio Longo, Helenio Acrone ceterisque.

De L. Aelio Stilone.

Hunc Constat interpretatum esse carmen Saliare et XII tabulas, scripsisse de proloquiis, indicem fabularum Plautinarum composuisse. Terentii autem fabulas commentario eum persecutum esse librumque de etymologia edidisse negauit Graefenhanius (l. l. II p. 253). quod utut sese habet, ad Nonium usque scripta eius uix crediderim peruenisse, immo ab aliis ille quae communia habet cum Stilone accepisse putandus est. quae autem conspirant Noniana cum Stilone haec sunt:

Non. p. 56. *petauristae a ueteribus dicebantur qui saltibus uel schemis leuioribus mouerentur; et haec proprietas a Graeca nominatione descendit ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι.*

Aelius Stilo apud Festum s. u. *petauristas: Aelius Stilo quod in aere uolent cum ait: 'petaurista proprie graece ideo quod is πρὸς ἀέρα πέταται.*

Non. p. 18, 27. *nebulones et tenebriones dicti sunt qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant aut quibus ad fugam fugitiuis et furta haec erant accommodata et utilia.* c. q. s.

Aelius apud Festum p. 165: *nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est quam nebula aut quam non facile perspici possit qualis sit.*[47])

Non. p. 151, 19. *portisculus proprie est hortator remigum, idem qui eandem perticam tenet quae portisculus dicitur qua excursum et exhortamenta moderatur.*
Aelius ap. Fest. p. 234: *portisculus est, ut scribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat classi.*[48])

De M. Terentio Varrone.

Iam in superioribus saepius occasione data exposui inter Varronem et Nonium communem aliquam intercedere rationem. sed ubicunque utrumque adhuc intelleximus uocabulorum proposuisse eandem explicationem, simul nobis persuasum est ipsum Varronem in partes a Nonio non esse uocatum, si leuem illam suspicionem de tribus scriptis Varronianis (de uita pop. Rom., de re rustica, Cato uel de liberis educandis) exceperis. quam uero recte coniectura facta sit aliis Nonium Varronis doctrinam debere hoc quidem ex accurata Varronianorum de lingua latina librorum et Noniani lexici collatione perspicitur. Varronem enim ipse si legisset, profecto etymologias non protulisset prorsus contrarias eis quas Varro proposuerat. sic *capitium* unde deriuandum sit et Varro et Nonius tradit diuerso uterque modo. ille enim de l. l. V § 131 *quod* inquit *capit pectus,* hic p. 542 *capitia, capitum tegmina.* Nonius p. 537 *pallam* ait esse *tunicae pallium,* Varro l. l. § 131 a *palam* uoce descendisse putauit. *panis* originem Nonius p. 63 a pascendo repetiit, Varro l. l. V § 105 a pano. Nonius p. 543 *peluis, sinus aquarius, in quo uaria perluuntur unde ei nomen est,* Varro V § 119 uocem illam ductam putauit a *pedum lauatione.* prorsus contraria ratione explicuere *supparum*: Nonius enim p. 540 *supparum est linteum femorale* e. q. s. *dictum quod subtus appareat,* contra Varro V 131 *alterum quod supra a quo*

47) Lerschius (l. l. III p. 148) Nonium ipsi Stiloni haec debuisse putauit uix recte. nam supra eum exposui per alium, fortasse Pomponianarum fabularum interpretem, Stilonis doctrinam accepisse. cf. p. 67.

48) Nonius sua e commentario Plautino hausit minore. cf. p. 25 et 36.

supparum. tum *trua* uocem Nonius p. 19 a terendo appellatam esse uoluit, Varro V § 118 *quod trauolat ea aqua.* porro *uitulantes* uocabulum apud Nonium p. 14 a uiuendo, apud Varronem VII, 107 a uitula deducitur. iam uero si quae sunt uoces ab utroque eadem ratione explicatae, ne eas quidem ab ipso Varrone mutuatum esse Nonium consentaneum est siue quod uterque diuersum in uocabulis explicandis consilium secutus est siue quod aliis de causis iam statuimus Nonium Varronis etymologias aliis et plerumque commentatoribus acceptas rettulisse. sic igitur satis multa ab utroque quidem tractantur, uario tamen modo uelut Nonius p. 194 *balueae* uocabuli uarium genus, Varro de l. l. VIII, 48 significationem etymologiamue spectauit. similiter Nonius p. 80 de *bura* agit ut quid sit doceat, Varro de l. l. V § 135 ut originem uoculae explicet. item Nonius p. 113 *filum* cf. Varr. de l. l. V § 113. Non. p. 197 *corbes* cf. Varr. V § 139. Non. p. 202 *compendium* cf. Varr. V § 183. Non. p. 202 *candelabrum* cf. Varr. V § 119. Non. p. 365 *pretium* cf. Varr. V § 107. Non. p. 541 *laena* cf. Varr. V § 133. Non. p. 545 *calix* cf. Varr. V § 127. Non. p. 546 *calamistrum* cf. Varr. V § 129. ea denique quae ab omni parte conueniunt cum Varrone, omnia in ordinibus eum legantur, ueri admodum est simile manasse ex eisdem libris e quibus ordines totos singulis locis demonstrauimus adsumptos esse. sic igitur Gellium describens Varronis doctrinam aliquotiens protulit Nonius p. 27 *putus* (e Gellio VII, 5) cf. Varr. l. l. VI § 63. p. 35 *iumentum* (e Gell. XX, 1, 28) cf. Varr. l. l. V § 135. p. 187 *uibices* (e Gell. X, 3, 17) cf. Varr. l. l. VII § 63. Plautino commentatori haec debuit: p. 152 *pipulo* cf. Varr. l. l. VII, 103 (uide supra p. 45). in Lucretianorum exemplorum ordinibus hoc inuenies Varronianum: p. 13 *crepera* cf. Varr. l. l. VII § 77 (uide supra p. 51). in Attianis ordinibus haec: p. 20 *clepere* cf. Varr. l. l. VII § 94 (uide supra p. 61). in Lucilianis: p. 35 *discerniculum* cf. Varr. l. l. V §. 129. p. 74 *auerruncare* cf. Varr. l. l. VII § 102 (uide supra p. 79). in Ciceronianorum ordinibus: p. 66 *mane* cf. Varr. l. l. VI § 4 et p. 60 *meridies* cf. Varr. l. l. VI § 4 (uid. supra p. 93 sq.). in Varronianarum saturarum ordinibus: p. 47 *granaria* cf. Varr. l. l. V § 105 (uide supra p. 130). in Sisennianorum ordinibus: p. 58 *testudines* cf.

Varr. l. l. V § 161 et p. 556 *manipulus* cf. Varr. l. l. V § 88 (uide supra p. 136).

De Nigidio Figulo.

Vel a priori, ut aiunt, ueri dissimile est Nonium ipsum Nigidii copias excussisse, obscuri illius scriptoris et iam Gellii temporibus paene ignoti.[49] uerum auctores Nonii quod usi uidentur Nigidio, in Nonianam farraginem nonnulla irrepsere Nigidiana. namque saepius a Gellio traxit Nigidii notitiam ut p. 35, 33 *fratrum* (cf. Gell. XIII, 10); p. 51, 20 *infesti* (cf. Gell. IX, 12, 6); p. 53, 24 *bidentes* (cf. Gell. XXI, 6); p. 379, 3. *religio* (cf. Hertz de A. Gellio et Nonio Marcello in annal. philol. 1862 p. 788 et Kretzschmer de A. Gellii auctoribus gramm. p. 31. 35); p. 441, 15 *mentiri* (cf. Gell. XI, 11). ceteri loci ubi Nigidium Nonius laudat plerique in aduerbiorum illis uerborumque ordinibus, duo in Lucilianorum inueniuntur. nominatur enim Nigidius in Lucilianis p. 21, 21 *quiritare* et p. 437, 25 *uetustiscere*. in uerborum ordinibus testis idem citatur p. 127, 10 *integrare*, p. 144, 19 *nixurire*, p. 40, 15 *titinnire*. in aduerbiorum denique ordinibus, p. 40, 24 *canatim*, p. 104, 30 *expulsim*, p. 147, 25 *obsecundanter*. itaque si his omnibus locis Nigidii notitiam apparet aliunde esse adscitam, tribus etiam relicuis locis (p. 100, 6. 211, 30. 379, 3.) non ipsum Nigidium Nonius secutus esse existimabitur. itemque pauca praeterea a Nigidio repetita uidentur quamquam nomen eius non additur. Nonius enim p. 51 *maturare* lemma transcripsit e Gellio (X, 11) qui Nigidio se uti ipse testatur. p. 416, 25 *uanum* lemmatis maiorem partem Gellio tribuendam esse (cf. Gell. XVIII, 4) Hertzius l. l. p. 789, Gelliana autem Nigidio Kretschmerus l. l. p. 56 probauit. denique *auarum* lemma p. 442, 11 num Nigidio recte adsignetur collatis Gellio (X, 5) et Seruio (ad Verg. Georg. I, 47) ualde dubium est, mira enim inter utrosque et similitudo et dissimilitudo.

De Sinnio Capitone.

Is, quem Hertzius[50] aequalem Varronis fuisse euicit, epistulas scripsit in quibus res grammaticas tractasse uidetur

49) cf. M. Hertz de Nigidii Figuli studiis atque operibus p. 18.
50) Sinnius Capito. Berol. 1844. p. 13.

exempla adferens e ueteribus poetis ut Naeuio, Plauto, Ennio, Pacuuio, Turpilio, quorum apud Nonium quoque permulta extant fragmenta. unde ad hunc quoque licet colligere Sinniana nonnulla peruenisse, cuius rei uestigia quamuis obscura non desunt. Non. p. 540: *supparum est linteum femorale usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat. Plautus Epidico* e. q. s. *Naeuius Pedio* e. q. s. *Afranius Epistula* e. q. s. atqui probasse nobis uidemur Nonium hoc lemma a commentatore Plautino accepisse, commentatorem autem saepe Verrii Flacci horrea compilasse. nec absurda uidetur opinio hanc quoque ad Plaut. Epid. II, 2, 48 adnotationem deductam esse a Verrio, qui apud Festum p. 310 et similiter de eadem uoce explicuit et idem attulit Afranii exemplum. iam si porro interrogaueris undenam ipse hauserit Verrius, respondebitur uideri hausisse e Sinnio Capitone quem ipse auctorem nominat iterum de *supparo* disserens apud Festum p. 340. neque minus lemma illud Nonii *supplicium* re uera originem duxisse arbitror a Sinnio cuius apud Festum p. 309 quod extat fragmentum, eo uocabulum illud etiam supplicationem posse significare docemur (si modo uiri docti mutilata recte suppleruut) quod idem Nonius p. 398 exemplis illustrauit. deinde Nonius p. 350 *monstrum* uocem indicat habere significationem monstrationis. pariter Sinnius apud Fest. p. 138: *uelut monestrum, quod monstret futurum et moneat uoluntatem deorum.* fortasse etiam in *numero* lemmate Noniano (p. 350) Sinnii aliqua subest doctrina, uide enim quam similia sint exempla ab utroque adlata. cf. Sinn. apud Fest. p. 170.

De Antistio Labeone.

Cum ipsa natura rerum ita ferret ut iure consulti multum in etymis notionibusue uocabulorum indagandis operam collocarent, tum apud Nonium pauca talis doctrinae uestigia superesse mirari non licet. sed Antistii Labeonis frustulum habes in *fures* lemmate p. 50, 12, quod e Gellio haustum est. nempe eandem *fur* uocis explicationem Labeo edidit in Dig. 47, 2, 1. — Aelii Galli expositionem de *stirpe* paullo posthac tangam.

De Verrio Flacco.

Ab hoc quidem Nonii auctores saepissime copias suas deprompsisse supra multifariam demonstrauimus. Gerlachius

quidem propter consilii diuersitatem Noniani et Verriani operum omnino negauit hoc usui fuisse Nonio. 'igitur' inquit 'omnia fere diuersa sunt; et si quid simile habet breuis explicatio, hoc non auctorum consilio sed casui tribuendum.' uehementer autem suspicor parum accurate utrumque scriptorem ab illo esse collatum. totiens enim tamque multis locis egregie expositiones utriusque conspirant, nonnusquam etiam ipsa exempla scriptorum a Nonio alias paene nusquam commemoratorum, ut omnis inter eos communio negari nullo pacto possit. concedo quidem Gerlachio quod concedendum est ipsius Verrii copias Nonium non excussisse; hoc tamen ualde certum habeo auctoribus eum usum esse qui quasi Verrii suco uictitarint. cuius rei cum antea testimonia adtulerim locupletissima persecutus ordines, tum his quae subscribam scrupulos spero me plane exempturum.

Non. p. 3. *uelitatio dicitur leuis contentio ex congressione uelitum. Plautus Asinaria* e. q. s. *idem Menaechmis: 'nescio quid uos uelitati estis inter uos duo'* e. q. s. cf. Paul. p. 369. *uelitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio ab exemplo uelitaris pugnae. Plautus: nescio quid uelitati estis inter uos.'*

Non. p. 87, 15. *compluriens, frequenter. Cato* e. q. s. cf. Paul. p. 59. *compluriens a compluribus significat saepe. Cato:* e. q. s.

Non. p. 119, 18. *gramiae, pituitae oculorum.* cf. Placid. gloss. p. 467: *gramiis, gremis quae sunt pituitae oculorum.*[51])

Non. p. 149, 22. *panus, tramae inuolucrum quam diminutiue panuclam uocamus.* cf. Fest. p. 220: *panus facit deminutiuum panucula.*

Non. p. 158, 14. *puellos, pueros. Varro Testamento* e. q. s. *Lucilius Sat. lib. IV: 'cumque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus.'* cf. Fest. p. 249. *puelli per diminutionem a pueris dicti sunt. itaque et Ennius ait: 'Poeni soliti suos sacrificare puellos.' et Lucilius:*

---

51) Placidus Paulum et Festum compilauit cf. O. Mueller praef. ad Festum p. XXXIII sq.

'cumque hic tam formosus homo ac te dignus puellus.' e. q. s.

Non. p. 170. *sublimare, extollere. Ennius* e. q. s. cf. Fest. p. 306. *sublimem est in altitudinem elatum. Ennius* e. q. s.

Non. p. 177, 11. *sublestum est leue, friuolum. Plautus: 'nam ubi ad paupertatem accessit infamia paupertas grauior fit, fides sublestior.'* Fest. p. 294. *sùbleste antiqui dicebant infirma et tenuia. Plautus in Persa: 'ad paupertatem si immigrant infamiae, grauior paupertas fit, fides sublestior.'*

Non. p. 214, 9. *metus masculini. Naeuius:* e. q. s. *Ennius: 'ni metus ulla tenet.'* e. q. s. cf. Paul. p. 123. *metus feminino dicebant. Ennius: 'uiuam an moriar, nulla in me est metus.'*

Non. p. 222, 29. *specus genere masculino,* e. q. s. *feminino Ennius Annal. lib. XVII: 'concaua sub montis latet specus intus patebat.'* e. q. s. cf. Fest. p. 343. *specus feminino genere pronuntiabant antiqui ut metus et nepos; tam hercules quam masculino stirpis et frons ut Ennius: tum causa [concaua?] sub monte alte [latet?] specus intus patebat'* e. q. s.

Non. p. 226, 27. *stirpem generis feminini. Vergilius Aeneidis libro VII: 'heu stirpem inuisam et fatis contraria nostris fata Phrygum.' masculino Ennius Annal. lib. V: 'homines Pyrrhus, uti memorant a stirpe supremo.' Pacuuius Atalanta: 'dubito quam insistam uiam aut quod primordium capissam astirpem exquirentem.' Vergilius Aen. lib. XII: 'namque diu luctant lentoque in stirpe moratus.'* cf. Fest. p. 313. *stirpem in masculino genere antiqui usurparunt pro eo quod est femina metaphorico uocabuli usu, quae nunc in femineo profertur genere.* e. q. s. *Ennius Annal.: 'nomine Pyrrhus uti memorant a stirpe supremo.' quam Gallus Aelius sic definit: 'stirps est gentis propagatio ut quia quoque est prognatus'* e. q. s.

De Aelio Gallo Nonii auctore uix quisquam cogitauerit. dignus autem est qui ascribatur Seruii locus (cf. ad Verg. Aen. XII, 208): *imo de stirpe: ideo masculino genere usus est,*

quia de arboribus loquitur. nam de hominibus genere feminino dicitur ut: '*heu stirpem inuisam*'. *dixit tamen, sed usurpatiue, Horatius etiam de arboribus ut*' e. q. s. idem ad Aen. I, 626: *sane stirps cum de origine dicimus generis feminini est ut: VII, 293. cum de ligno masculini* (XII, 770). cf. ad III, 94. VII, 99. Georg. I, 171. iam si cum Seruio contuleris Charisium p. 109: *stirps in significatione sobolis feminino genere dicitur ut ait Vergilius:* '*heu stirpem inuisam*'; *sed cum materiam significat masculino:* '*imo de stirpe recisum*'. *item:* '*sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum sustulerunt. dixerunt tamen etiam in significatione sobolis genere masculino ut Pacuuius:* '*qui stirpem occidit meum.*' et Charisii et Seruii explanationem ad communem auctorem referendam esse ultro concedes. quo autem auctore usus est Charisius? testem quidem in eadem pagina in eadem quaestione grammatica dat ipsum Verrium. sed recte Schottmuellerus (de Plinii Secundi libris grammaticis p. 32 adn. et p. 20 sq.) re uera eum Iulio Romano usum esse auctore dixit, Romanum Plinio, Capro, Aspro, aliis, hos denique praeter alias adhibuisse ipsum Verrium admodum uerisimile est. sic igitur principum grammaticorum doctrina per Plinium, Caprum, similes ad Iulium Romanum peruenisse uidetur, a Romano ad Charisium et Seruium. Nonius uero cuius expositionem ab eadem origine repetere par est propter singularem cum Verrio et Seruio concordiam, fonte usus est qui et ipse ad Iulium Romanum eiusue auctores referendus uideatur.

Non. p. 229. *tapete generis neutri, Turpilius et Caecilius* '*glabrum tapete.*' *masculini Vergilius:* '*pulcrosque tapetas.* cf. Fest. p. 351. *tapete ex Graeco sumpsit* '*strata tapete*' *Ennius cum ait.* '*tapete glabrum*' *dixit Turpilius in Demetrio.* e. q. s. cf. Charis. p. 61. *hoc tapete dicimus ut hoc facile* e. q. s. *Vergilius:* '*qui forte tapetibus altis.*' *Vergilius:* '*pictisque tapetis.*' *sed et masculino genere:* '*pictosque tapetas.*'

Ne in quarto quidem capite desunt Verrii uestigia quamuis exiliora:

Non. p. 335, 7: *laudare significat etiam nominare.* cf. Paul. p. 118. *laudare probatur apud antiquos pro nominare.*

Non. p. 354, 20. *nota dicitur* *p r o b r u m.* c. q. s. *nota, s i g n u m* o. q. s. cf. Fest. p. 174. *nota alias significat signum ut in pecoribus, tabulis, libris, litterae singulae aut binae. nota alias i g n o m i n i a m.*

Non. p. 361, 5. *oppido, u a l d e. Plaut. Amph.* c. q. s. cf. Paul. p. 184. *oppido, u a l d e, multum* c. q. s.

Non. p. 361. *orare, a g e r e, T u l l i u s* c. q. s. cf. Fest. p. 198. *orare antiquos dixisse pro a g e r e testimonio sunt et o r a t o r e s* c. q. s.

Non. p. 400. quas significationes *s u b i g e r e* uocis preposuit (*m o l l i r e, s u p e r a r e, c o g e r e*) eas et ipsas protulit Festus p. 309: *subacti m o l l i t i. alias compulsi et c o a c t i ut cum dicimus pecus sub arbore subactum. alias u i c t i.*

Non. p. 405, 30. *'tandem' significat 'uix, ut' apud Ciceronem: 'tandem aliquando Quirites.'* c. q. s. cf. Fest. p. 360. *'tandem' cum significat aliquando interdum tamen ex superuacuo ponitur ut apud Terentium* c. q. s. *At Cicero etiam duplicat temporalem significationem cum ait 'tandem aliquando.'*

Non. p. 407, 27. *tempestas, tempus* c. q. s. cf. Paul. p. 362. *tempestatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui.*

Non. p. 415, 2. *uastum est magnum.* c. q. s. cf. Fest. p. 372. *uastum pro magnum* c. q. s.

Non. p. 445. *aceratum uero est lutum c u m p a l e i s m i x t u m.* cf. Paul. p. 20. *aceratum, c u m p a l e i s m i x t u m.*

Non. p. 505. *mantat pro manet. Caecilius* c. q. s. cf. Fest. p. 133. *mantat pro manet. Caecilius* c. q. s.

De M. Valerio Probo.

Supra a Kretzschmero paullo audacius conclusum esse statuimus Nonium ab ipso Probo multa mutuatum esse. quamquam enim per se credibile est cum in siluis Valerianis probe esse lignatum, tamen Prisciani ille loco quo maxime stabilire Kretzschmerus studuit suam coniecturam haud minus effici potest et Plinium et Caprum usui fuisse Nonio. hoc tamen certe constat Probi doctrinam in opere illius multis locis latere. maxime autem uestigia pressisse Probi Nonius uidetur siue Nonii auctores capitibus III, VII, X. quare de his quidem singillatim disputandum est. atque in tertio quidem capite quo de indiscretis generibus Nonius egit multos

potuit in usum uocare auctores. notum est enim e Seruio (ad Verg. Aen. X, 377) Flauium Caprum praeter opus illud de latinitate (cf. Charis. p. 175. 186.) libros 'dubii generis' scripsisse, nisi forte hos illius partem fuisse credendum sit, deinde Verrium Flaccum scimus multa de eadem re disputasse. id quod et Festi et Prisciani locis confirmatur, neque Plinium de dubio genere disputationem neglexisse fragmenta documento sunt, Probum denique ipsum de dubiis generibus exposuisse uerisimile est. quoniam igitur Nonium libros habuisse intelleximus ex Verrio, Plinio, Capro pendentes, Probus autem Verrii copias minime putandus est respuisse, facile quomodo factum sit patet ut multa ad Nonium quae etiam Probus exposuerat defluerent. in primis uero ad Probum auctorem quae reuocare licet, conscribam[52]) quamquam non minus e Plinio ea uel Capro fluere potuisse liquet.

Non. p. 190, 1. *angiportus* cf. Prisc. VI p. 714 qui Probo usus Terentianum idem adfert.
arbitrium cf. Gell. XIII, 21, 19.
Non. p. 191. *artus* cf. Prisc. p. 262 qui idem Plautinum adfert.
Non. p. 193. *aluus* cf. Prisc. p. 163. 268 ubi eadem exempla adferuntur.
aera cf. Gell. XIII, 21, 14.
Non. p. 195. *cor* cf. Gell. VI (VII), 2 (cf. Hertz annal. philol, 85, p. 707).
cupressus cf. Gell. XIII, 21, 13 (cf. Hertz l. l.).
Non. p. 202. *cardo* cf. Prisc. p. 206 qui et ipse Gracchum testem adfert.
Non. p. 205. *finem* cf. Gell. XIII, 21, 12 (Kretzschmer l. l. p. 92).
funis cf. Gell. XIII, 21, 19.
fretum cf. Gell. XIII, 21, 15 (Hertz l. l. p. 782. 786, 33).
Non. p. 207. *genu* cf. Prisc. p. 211.
grues cf. Prisc. p. 265 qui idem Vergilianum adfert.
guttur cf. Prisc. p. 155 qui idem Plautinum adfert.

52) ea lemmata de quibus ubi de ordinibus exposui dictum est, omitto.

Non. p. 211. *lapides* cf. Prisc. p. 250.
Non. p. 219. *penus* cf. Prisc. p. 163. 170. 260. ubi idem Lucilianum.
Non. p. 222. *specus* cf. Prisc. p. 259. ubi Ennianum idem.
satis cf. Prisc. p. 147 ubi etiam Sallustius adfertur. adde Probum p. 209 Keil.
Non. p. 224. *schema* cf. Prisc. p. 199. ubi idem Plautinum.
Non. p. 225. *scrobes* cf. Prisc. p. 321. ubi idem Plautinum. adde Prob. p. 20.
silex cf. Prisc. p. 164. Prob. p. 209.
Non. p. 228. *torquem* cf. Gell. IX, 13, 18 (Hertz l. l. p. 784. 786, 33).
Non. p. 229. *testa* cf. Prisc. p. 123 (Herz l. l. p. 785 sq.).

Ad caput VII statueramus Nonium commentariis usum nonnusquam uideri adhibuisse libros uel Plinii uel Capri uel Probi. nam licet nonnulla Probi doctrinam magnopere sapiant, tamen frustula illa num ab ipso Probo ad Nonium peruenerint in dubio relinquitur. nimirum quae Diomedes (p. 364, 9—388, 9 K. 400—401 K.) et Priscianus quorum utrumque e Probo hausisse Keilii disputatione constat, de eadem re grammatica disseruerunt, ea etsi multis partibus cum Nonianis concinunt, multa tamen apud Nonium desunt, multa aliis exemplis demonstrantur, ordo denique ipse quo uerba profert prorsus alienus est a Prisciani ordine et Diomedis. qua re magis mihi haec arridet sententia ut per alios cum Probi copias recepisse dicamus. lemmata autem eisdem exemplis illustrata et a Nonio et a Prisciano uel Diomede duo sunt:

p. 472 *bellantur* cf. Prisc. p. 393, 16.
p. 481 *luxuriabat* cf. Diom. p. 378.

In capite X nonnulla conueniunt cum Diomedis disputatione de dubia uerborum coniugatione et de diuersa uerborum positione.

Non. p. 503, 24 *lauit* cf. Diom. p. 381, 11 qui idem Plautinum adfert.

alia exempla Nonius s. u. *poteratur* ac Diomedes p. 385, 16 protulit.

Priscianus quoque compluriens similiter ac Nonius:

Non. p. 503 *feruit* cf. Prisc. p. 478 sq. qui Lucilianum idem adfert.
Non. p. 503, 24 *lauit* cf. Prisc. p. 471 ubi eadem exempla.
Non. p. 506, 32 *capiret* cf. Prisc. p. 499 ubi idem exemplum.

sed ualde dubito num exemplorum hac communione quidquam possit euinci; nam suspicio nobis inicitur Priscianum exempla illa ex ipso Nonio transtulisse, quoniam p. 499 de *sapiui* et *sapui* formis non solum idem ac Nonius exemplum drofert sed ipse etiam sese ex eo hausisse fatetur.

Iam igitur restat ut singula ceterorum capitum referam lemmata quae ad eundem referenda uideantur.

Non. p. 114, 23 sqq. *grunnire* et *grundulsis* lemmata (cf. Diom. p. 383, 20) Hertzius l. l. p. 781 Probo attribuit suo iure. cf. Non. p. 464, 33.
Non. p. 132, 31. *lactare* lemma (cf. Prisc. p. 392, 15) num Probo recte uindicetur dubium est.
Non. p. 152, 13. *pinsere* lemma (cf. Diom. p. 373, 4) in Varronianarum saturarum ordine cum inueniatur uix Probo crediderim mutuatum Nonium, quare dubitare licet etiam de *pisare* lemmate p. 163, 16 (cf. Diom. p. 373, 5. Hertz l. l. p. 780 adn.).

neque de *sordet* lemmate p. 170 (cf. Prisc. 397, 5) certus sum. cum uero Nonius p. 182 *titubare* Vergilianum commune habeat cum Prisciano XI p. 566, nescio num illud haud cunctanter possit ad Probum referri. denique hoc nos lemma admonet Probi p. 319, 26: *haurire, accipere uel audire. Vergilius* . . . (XII, 26) *Vergilius* . . . (IV, 359). nam Seruius ad Verg. Aen. IV, 359 haec: *haurit enim pro percipit ponebant ueteres et ideo potissimum parte sensus percipiant adiungunt ut XII, 26. Probus enim ait 'nemo haurit uocem'.*

De Caesellio Vindice.

Duo lemmata (p. 486, 30 *pernici* et p. 490, 5 *progenii*) Hertzius l. l. p. 797 ab ipso Caesellio Nonium censuit repetiisse.

Non. p. 486, 30. *pernici pro perniciei. M. Tullius pro Sexto Roscio: 'quorum nihil pernici causa diuino consilio et ut ipsa magnitudine rerum factum putem.' Sisenna hist. lib. IV: 'Romanos inferendae pernici causa uenisse.'*

commune Nonio utrumque testimonium est cum Gellio (IX, 14, 9. 13) sed ab hoc eum non mutuatum esse uix est quod infitier. recte enim Kretzschmerus (l. l. p. 97): 'tum reliqua quae non minus ei arridere oportebat addidisset.' iam cum idem Kretzschmerus Gellium in eo capite Caesellio usum esse auctore euidenter declarauerit profecto ueri speciem prae se fert haec ratio ut et ipsum Nonium Caesellio usum putemus. quam quo minus statim amplecterer aliqui scrupuli obstitere. primum enim a Charisio Caesellium discimus ex litterarum ordine librum suum composuisse cuius rei apud Nonium nec uola nec uestigium in capite VIII. deinde si ipsum Caesellium in auxilium uocasset Nonius, ne tum quidem desisteres mirari cur non plura habeat cum Gellio communia; quae enim Nonius de *senati* p. 484, *flucti* p. 488, *domuis* p. 491 tradidit, ea quamuis in memoriam nos redigant Gellianae (N. A. IV, 16) expositionis, quam item e Caesellii libro fluxisse Kretzschmerus p. 97 sat probabiliter demonstrauit, tamen similitudo inter utrumque ita comparata est ut inter omnes fere intercedere debet quicunque in formis illis uersantur. quibus caussis adducor ut Nonium alii cuidam Caesellii doctrinam debuisse statuam. neque deest quo hoc nobis persuadetur testimonium. Charisius enim p. 69, 10. 547, 26 de eadem forma *pernici* disserens idem exemplum Ciceronianum ad *pernicies* formam comprobandam adsciscit. qui cum in hoc quoque capite plurimis locis singulariter cum Nonio eiusque testimoniis consentiat, non errare mihi uideor si Nonium cum Charisio arbitrer fontem habuisse communem. augetur autem opinor coniecturae probabilitas ea re quod Charisium ibi Palaemonis et Iulii Romani libros exscripsisse Schottmuellerus (de Plinii libris grammaticis p. 20 sq.) ostendit, quos quidem libros aut archetypos eorum Nonio inter manus fuisse assiduo supra multis uicibus exploratum est. iam spero mecum sensurum qui haec contulerit:

Non. p. 483. *quaesti* cum Char. p. 22, ubi idem Terentianum.

tumulti cum Char. p. 22 ubi idem Terentianum.
senati cum Char. p. 130. 143.

insunt haec tria in Plautino ordine ut commentator ille usus uideatur Plinio uel Capro Romani auctoribus.

Non. p. 485. *exerciti* cf. Char. p. 128.
Non. p. 487. *gelu* cf. Char. p. 35.
antistitam cf. Char. p. 100.
Non. p. 486. *herem* cf. Char. p. 132. 10.
Non. p. 588. *flucti* cf. Char. p. 143, 12.
poematis cf. Char. p. 53.

Non. p. 489, 24. *Bacchanaliorum pro Bacchanalium ut uectigaliorum et compitaliorum et noualiorum et Volcanaliorum. Sallustius: 'exaudirique sonus Bacchanaliorum.' idem hist. lib. IV: 'Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus.'* cf. Char. p. 62. 146: *genetiuus quoque pluralis cum ratione uectigalium faciat auctores tamen uectigaliorum dixerunt ut Asinius* e. q. s. *Horatius* e. q. s. *ut Bacchanaliorum Sallustius et Volcanaliorum.*

Non. p. 491, 21. *domuis* cf. Char. p. 22. 54. 130. 143.
Non. p. 492. *senectam* cf. Char. p. 57, 8.
poematorum cf. Char. p. 42.
Non. p. 494. *anuis* cf. Char. p. 54.

Denique Priscianus quoque nonnullis locis cum Nonii capite VIII consensit Probo potissimum nixus:

Non. p. 483. *quaesti* cf. Prisc. p. 257. ubi idem Terentianum.
Non. p. 484. *senati* cf. Prisc. p. 258. ubi idem Sallustianum.
Non. p. 487. *gemiti* cf. Prisc. p. 258. ubi idem Plautinum.

De C. Plinio Secundo et Flauio Capro.

Vna ambos nominaui quia quae ad alterum rettuleris ea ad alterum quoque referre poteris. ex eis enim quae adhuc disputauimus intellegitur Iulium Romanum Charisii auctorem ab utroque sua sumpsisse ita ut ubicunque Charisius Romanum secutus cum Nonio concinit, non appareat quae ad Plinium, quae ad Caprum redeant. iam uero in superioribus

identidem singula Noniana ad duos illos scriptores reuocaui aut ad eorum auctores Varronem, Verrium, Probum. restat igitur ut ea indicemus lemmata extra exemplorum ordines posita quae et ipsa a Plinio Caproue uel Probo repetita sint.

Non. p. 194, 7. *balneae* cf. Char. p. 99.
balteus cf. Char. p. 59. ubi idem Vergilianum.
Non. p. 196, 31. *clunes* cf. Char. p. 101. ubi idem Horatianum.[53])
Non. p. 197. *caelum* cf. Char. p. 72. ubi eadem Enniana.
Non. p. 198. *cinis* cf. Char. p. 101 qui item Caluum testificatur.
capillus cf. Char. p. 104.
curriculum cf. Char. 77 ubi idem Ciceronianum.
Non. p. 199. *contagio* cf. Char. 71. ubi idem Sallustianum idemque Vergilianum.
Non. p. 206. *frenos* cf. Char. p. 98. ubi idem Vergilianum.
forum cf. Char. p. 71. ubi idem Lucilianum.
Non. p. 208, 32. *intiba* cf. Char. p. 100. ubi idem Lucilianum.
Non. p. 213, 24. *margaritum* cf. Char. p. 108. uterque Varronem testem adfert.
mendum cf. Char. 72.
Non. p. 215, 7. *nepos* cf. Char. p. 90. ubi Ennianum.
Non. p. 217, 10. *puluis* cf. Char. p. 89.
Non. p. 219. *palumbi* cf. Char. p. 106. ubi idem Vergilianum idemque Lucilianum.
penus cf. Char. p. 74. ubi idem Lucilianum.
Non. p. 220. *papauer* cf. Char. p. 83. ubi idem Varronianum idemque Plautinum.
Non. p. 222, 20. *secus* cf. Char. p. 80. ubi idem Sallustianum.
Non. p. 223. *sibilus* cf. Char. p. 81, 11. ubi idem Vergilianum.
Non. p. 224. *sanguis* cf. Char. p. 90. ubi idem Vergilianum.
Non. p. 224. *sagum* cf. Char. p. 81.
Non. p. 229. *torpor* cf. Char. p. 87. ubi idem Sallustianum.
tapete cf. Char. p. 61. ubi eadem Vergiliana.

53) etiam hac Horatii mentione quem poetam rarissime Nonius commemorauit ualde confirmatur quod Nonium et Charisium e communibus fontibus hausisse indicauimus. idem ualebit in Calui mentione s. u. *cinis*.

His igitur locis mirum in modum conspirantibus si eos addideris qui antea iam tractati sunt facile spero te concessurum Nonio communem fuisse cum Charisio fontem. sed auctor eius quis fuerit propterea uix indagaueris quod illis temporibus eruditio antiqua paene iam tota euanuerat sic ut homines litterati, qui in libris edendis operam collocare solebant, non tam sincero ueritatis studio permoti quam infausta gloriolae affectatione inlecti, nil fere antiquius haberent quam ut aliquid scripturi alter alterum compilarent, noui fere nihil adderent. quemadmodum supra iam uidimus a Varrone artis grammaticae apud ueteres quasi columine Verrium multa mutuatum esse, Verrii uestigia Probum pressisse, Probi Plinium, Plinii Caprum, Caprí Scrinia Iulium Romanum compilasse, a Romano denique magnam partem Charisium accepisse. quare facile intellegitur quomodo Charisius Romanum exscribens tamen et Varronem ipsum et Verrium et Probum et Plinium et Caprum testes dare potuerit et qua ratione Priscianus (VIII. § 26) dixerit *sed et eorum et omnium superiorum usus tam apud Caprum quam apud Plinium et Probum inuenies.* quae cum ita sint qua quaeso demonstratione pro certo affirmaueris ex uno hoc uel illo sua delibasse Nonium nonnunquam cum Prisciano, Diomede, Charisio consentientem? immo enim acquiescendum est in hac re quam effecisse nobis uidemur Nonii copias ex eisdem grammaticis esse repetendas ad quos Charisii auctores et Prisciani rediisse uerisimile est. atque grauius duxi lemmata Noniana quoad eius fieri posset ad antiquos illos et ueros reuocare fontes quam ad nouellos libros quos Nonius ipse manibus uersasse uideretur.

Caput III. a. 22	c. 51	d. 6	f. 13	l. 17	put IV. 37	Caput XV. 35	Caput XVI. 13	Caput XVII. 16	Caput XVIII. 31
..	31–33	..	..	2–4	-21	1–5	1–6	..	1
..	..	..	3–4	..	..	..	..	..	..
..	37–39	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	40–42	..	..	*13–15*	..	..	..	..	3
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	..	*12–20*	..	..	4
..	..	..	..	..	*-11*	..	..	..	5–9 12–16
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	2–5	..	..	..	..	..	..	..
8–11	*35–36*	..	..	10–11	..	..	8–9	..	18–24
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	-28	..	..	..	..
..	*12–13*	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
18–19	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	-30	..	10–11	..	..
4–5*	..	..	..	..	-32	6–10	..	1–2	..
..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
..	..	..	..	..	33	..	..	3	..
6–7*	..	..		..	..	..	..	4	..
..	*8–9*	..	..	..	..	..	..	..	25–29
..	..	..	..	..	34	..	..	5–6	..
..	*20–21*	..	..	12	-5 -37	23–25 30–35	12–13	7–8 12–16	..